



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD


This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.





600028707U

D 175.

TAYLOR INSTITUTION.

—
BEQUEATHED

TO THE UNIVERSITY


BY

ROBERT FINCH, M. A.

OF BALLIOL COLLEGE.

29752 d. 12





DIONYSII CATONIS

DISTICHA

FLOSCULIS POËTICIS

ET

INTERPRETATIONIBUS

ADORNATA VARIIS.

PICTURAE MENS.

Tradit EPICETETUS morum praecepta CATONI,

Teque suum pater hac inbuit arte CATO.

Ut pietate DEUM verearis, ducit ad aram:

Quo pacto ABSTINEAS, SUSTINEASQUE, docet.*

Quaeque forent fugienda simul tibi, quaeque petenda,

Ipsilon ostendit, Littera Pythagorae.

Fac, laevam fugias, qua te discincta voluptas,

Ut, modo correptum, strangulet, alliciet.

Qua praeceps furor, & grassantur cetera monstra,

Nil, nisi te cupiunt quae dare praecipitem.

Ingrediare viam dextram, qua praevia Virtus

Et Ratio gressus roborat Herculeos.

Arcta licet, tamen illa tibi ad commercia Coeli,

Ad mansura tibi gaudia, pandit iter.

Taedia ne moveant, miscentur seria ludo:

Excitat ipse animi Delius igniculos;

Conspersitque tibi, non usque austera, Minerva

Floribus, excerptis ex Helicone, viam.


Ito, PUER, sapito, his viridi frui torque juventa,

Quae possint canos sustinuisse senes.

* SUSTINE ET ABSTINE, Epicteteae Philosophiae Summa.



AMSTELODAMI apud F. HOUTTUYN 1759.



DIONYSII CATONIS
DISTICHA

DE

MORIBUS AD FILIUM,

Praeter

Sedulam **VARIANTIS LECTIONIS** per omnia
Conlationem,

Lectissimis etiam adornata

FLOSCULIS POËTICIS.

Una cum

Singulis adposita *Distichis*, binorum quoque
Versuum, Idiomatum vero diversorum,

INTERPRETATIONE QUINCUPLICE.

Adjecta sunt

LEMMATA CATONIANA,

Suis quaeque restituta Distichis.



A M S T E L A E D A M I,

Apud **FRANCISCUM HOUTTUYN,**

CICIDCCLIX.



V. C.
A D R I A N O
V A N
R O Y E N,
A L M A E
L E I D A E D E C O R I,

*Herbarum vires HIC, HIC tibi carmine
dicet.*

Ad imitat. Prologi in CATONIS Distichor.
Libr. II.

DE-

DEDICATIONIS DISTICHON.

NON. VULTU. AST. MERITIS. TIBI. NOTO.
INCOGNITUS. IPSE.

SUMME. VIR. EXIGUUM. CONSECRAT.
AUCTOR. OPUS.

PRAE-



P R A E F A T I O .

QUEM TIBI nunc in manus tradimus, ERUDITE LECTOR, Auctorem denuo recognitum, is nimium heu! diu inter puerorum delituit crepundia, neglectus propterea fere a pluribus, quod situ ac squalore infectus scholastico, adspectu pene horridus atque ingratus, iis sorderet, ac parum jucunditatis se sive perlegendibus, seu modo intuentibus, de semet ipse polliceretur. Et agnovere tamen plurimi interea, iique Summi praestantique eruditione Viri, plus in eo utilitatis simul & elegantiae latere atque esse reconditum, quam quod ejus prima fronte adpareat. lidemque & superiore, & nostro hoc, quo vivimus, saeculo, omne certatim studium in illum exornandum pristinoque ejus restituendum nitenti, data veluti opera, contulerunt: Quo & effectum est, ut paucis

VIII P R A E F A T I O.

ullum amplius superet dubium; in verbis dumtaxat eorumque serie ac nexu & hodie quandoque laboremus. Reliqua maximam vero partem plana nunc sunt omnia. Res proinde postulare demum ipsa videbatur, ut postquam tantum laboris, tot vigiliarum atque curarum in enodandis dictionum flexibus, litterarumque apicibus discutiendis, insumentum jam est, sententiarum quoque aliquando curatius exquirerentur & justo quodam scrutinio ponderarentur momenta. Cujus quidem rei si quid, post insignem Viri magni, HENR. CANNEGIETERI, neque spernendam omnino operam Celeb. Viri J. H. WITHOFII, aliorumque clarissimorum Virorum, & in nostra praestitum est *Historia CATONIANA critica*, quam DIONYSII CATONIS huic Editioni, tum *Flosculis* adornatae *Poëticis*, tum *quincuplice* locupletatae *Versione*, adjungendam meditabamur, judicium de ea, pariterque, si quis esse videbitur, ex eadem usum, lecturis haec nostra permittere liberum, quam invidioso verborum lenocinio praevertere, malumus.

ISTUD vero TE ignorare prorsus nole-
ba-

bamus uterque, & qui in hoc Opusculum, qua ipse cernis ratione, excudendum exornandumque sumtus profecto non modicos inpendit, Bibliopola, & qui in eodem, quale nunc est, perficiendo, operam collocavimus nostram: id omne, quidquid est, operis ante jam susceptum, quin & incoatum, a nobis fuisse, quam de nova illa veteris Poëtae hujus Editione, eaque satis splendida, quae posterioribus curis Viri Clariss. OTTONIS ARNTZENII aliquot abhinc annis prodiit, quidpiam nobis innotesceret. Quae etiam postquam diem vidit, propositum quidem aliquamdiu remorari nostrum, neque tamen ab eo nos dimovere omnino potuit: Quippe qui his laboribus aliud plane, atque ille egit, Vir ceteroquin laudandus, agimus. Illi enim praecipuum circa verba & dictiones, lectionis item diversitatem variasque, prouti fert usus, Variorum expositiones Interpretum, fixum erat studium: Neque nos ea prorsus intacta reliquimus, sed cum optimorum quorumque atque utilissimorum delectu ita quasi obiter tractavimus, ut cura nobis primaria palmariumque

x P R A E F A T I O.

que studium in ipso dictorum sensu animo-
que veluti expromendo, eoque cum alio-
rum quoque sensis, tum veterum, tum re-
centiorum, Philosophorum aequae ac Poë-
tarum, sedulo comparando, quo dilucidior
inde emergeret, usuique foret praestantiori,
fuerit positum.

ITAQUE hoc quidem in opusculo, quod
& seorsum nunc emittimus, ut mere poë-
tico, DIONYSIUM audiendum damus
POETAM, Poëtarum cuique praestantissi-
mo uno quasi ore concinentem: Vel, id si
mavis, LECTOR, sistimus tibi optimum
quemque divinorum cujuscumque aetatis
Vatum*, amabili quodam concentu, in-
termixtaque simul Variarum gratissima lin-
guarum idiomatumque diversorum harmo-
nia**, ipsi potius per omnia consonantes
DI-

~~SEPTIMO PROSAICIS QUINQUEMQUE DISTICHI QUINQUEMQUE~~

* In Poëticis foliorum singulorum FLOSCULIS, unicuique
Disticho ex adverso adpositis, collectisque e CXX. circiter inli-
gnium Poëtarum Hortulis ac Sylvis.

** In *Versione* cujuscumque DISTICHI *quincuplice*: *Graeca*
scil. SCALIGERANA, *Germanica* OPITII, *Anglica* quoque,
itemq. *Belgica* & *Gallica* nova. Juncturi his eramus & *Italicam*,
si temquae jam dederat Romanae Curiae Abbas, sed nescio an
Punicam. Contentos ergo esse oportet hoc CATONE HEXA-
PLO, quum HEPTAGLOTTO frui nondum liceat.

DIONYSIO. Eaque, utpote poëtica, poë-
rice & jucundum tum nobis, tum, quod
speramus, etiam aliis, harum non ignaris
deliciarum, ludentes ludum, ita pertracta-
vimus, ut constanti illi diarum utilitati sen-
tentiarum suam misceremus & amoenita-
tem, easque nova quadam perfunderemus
dulcedine.

S E D deinde res, uti dictum supra est, ac
tempus ordoque a nobis id postulare vide-
batur, ut ad seria magis, ea tamen & sua
non magis carentia jucunditate, nosmet ac-
cingeremus *; **CATONEM** quoque hunc
nostrum frequentes accederemus, avidis in-
biberemus auribus docentem, monitisque
ejus sanctissimis morem gerentes, ac probos
uti decet discipulos, sectaremur **PHILOSOPHUM.**
Neque hujus, sane, nos studii se-
dulaeque docilitatis & obsequii poenituerit
umquam. In his enim sic tradendae nobis
verac

* Quod videlicet factum **HISTORIA CRITICA**, ut altero
& alius generis opere *Catoniano*, cujus propterea in Praefatiun-
cula ad hanc nostram Lectores Praefationem remittimus, utrique
communem.

verae solidaeque Sapientiae subselliis, quoad iis inmorabimur, non aut quibusdam peccare docentibus capiemur *historiis*, aut pascemur inanibus nugis, nec futilibus detineri nos patiemur rerum nulli nobis usui futurarum quisquiliis: Non animum, solidioris avidum cibi, pro pabulo, vanarum frustra replebimus quaestiuncularum esca, aut nobiscum nato illo novitatis studio decepti, pro gratissima, quid enim ea gratius esse potest, quid jucundius? Lucis usura, curiosarum, at nequidquam tractandarum rerum, magicis quibusdam fascinabimur umbris: Sed vero veritatis lumine &, quam verbis, rebus adhuc magis, iisque animo aeternum permanfuro nutrimentum, certe, aliquod praebituris, hac in schola, utcumque voluerimus ipsi, delectabimur.

NEC PHILOSOPHUM huncce sectantibus nobis ante oculos versabitur tetrica fronte CATO, qui contracto, qui adducto in altum supercilio, in feros hominum mores grassetur ferociter; inque ambitiosorum superbiam, ipse ambitiosior, omnium ipse invehatur superbissimus; aut luxuriosorum
pe-

petulantiam inpotenti prorsus animo ac luxuriante calamo perstringat. Sed prudentem vitae morumque audiemus magistrum, qui serenam frontis severitatem amabili risu jocisque subinde temperet, cuique dum adhaerebimus, nullius in verba discemus magistri jurare; verum uni unice addicti cum acuitate morumque honestate conjunctae veritati, eam undecumque demum conquistam &, vel a servulo quodam, ingenuo cum pudore, exhibendam nobis, lubentes amplectemur, laetique exosculabimur.

HEIC SOCRATICAE quaedam Scholae oracula; plurima ac tantum non omnia EPICETI, Philosophi, morum integritate & sanctimonia ad SOCRATEM proxime accedentis; quaedam rursus, nec ea adspernanda, *utriusque* placita ACADEMIAE; quaedam itidem dogmata, in LYCEI quondam ventilata ambulacro, aut pro certis veritati jure quodam adserta; nec pauca alia, quibus ZENONIS resonuerat celebrata *Porticus*: illaque citra ullam invidiam omnia floribus permixta aut adpersa iis, quos ex EPICURI *hortulis* esse decerptos lectosque arbi-

arbitreris, facile inveniet, vel nobis tacentibus, diligentior quisque ante alios praecclarissimarum harum rerum ac doctrinarum indagator.

QUID? QUOD & ipse, a tremendis Christianorum sacris cultuque longe puriore, Noster hic propius auctor absit, quam non solum reliquorum plerique, qui studiorum cupidae in manus juventuti traduntur, Auctorum, (*classicos* vulgo vocant;) sed, forsitan, quam permulti eorum ipsi, qui se Christianos, vano tantum nomine, esse gloriantur. Et quamvis, post alios, eosque gravissimos Viros, & in nostra illa, ad quam & hinc viam pandimus, *critica* singulorum *de moribus* DISTICHORUM *historia*, nos id evictum, luceque vel meridiana clarius, demus probatum: CATONEM hunc nostris neque nomen sacris dedisse, neque, qualem BOXHORIUS somniet, fuisse *semichristianum*; Attamen id ipsum laudi ducendum erit, inter christianos homines, Nostro, aliqua saltem sub specie dubitari de viro potuisse, utrum re vera Christianus ipse fuerit, nec ne.

ISTUD

ISTUD VERO e duobus alterum adeo persuasum sibi quondam habuit magnum in orbe litterato nomen, M. ZUERIUS BOXHORNIIUS, ut & persuadere omnibus magno molimine, admirandaque cum fiducia, (audacia pene dixerim,) adlaboraverit. Cujus *Dissertationem*, Auctori nostro valde injuriam, dum pro virium modulo refellere meditamur, opportune admodum incidimus in eodem BOXHORNIO *Rescripta* ab amplissimo Viro, HENRICO CANNEGIERO, eaque praecipuum quendam *ARNAZENIANAE CATONIS Distichorum editioni* nuperac splendorem conciliantia atque ornatum: quibus id jam effectum abunde datum, omnique in contrariam partem obviam itum conatui atque ex asse satisfactum, non sine admiratione adplausuque cernimus.

ILLUD TAM INSIGNE tamen Opus & quod vel cum inlustrioribus comparari meretur doctae antiquitatis monumentis, quum sub erudito domini sui stilo calamoque valde excreverit; nos summa tantum ejus capita, juxta *Distichorum* ordinem
se-

ÆVI P R A E F A T I O.

feriemque, pace Auctoris celeberrimi, modoque historico, quem in *critico* illo opere profitemur, suaque semper ipsi nominatim vindicantes, ita adtingemus ac recensebimus, ut eorum recognitio doctioris cujuscumque lectoris magis sit accensura desiderium atque in eo adpetentiam, ad ipsum recurrenti fontem, excitatura: tantum abest, ut de promerita politissimi *Rescriptoris* gloria famaue detrahere quidquam sultineamus, aut arrogare tantumdem nobis cogitemus, ut potius & nostra ei, qualiscumque demum illa, & nostratum accessura vox sit. Salva tamen, in aliquibus, quae oppidò pauca erunt, & ea nobis dissentienti, sive contrariam tuendi sententiam, libertate, quae in litteratorum semper obtinuit republica, semperque, quoad vigeant litterae, obtinebit.

TU VERO, LECTOR, ne diutius te, ipso in limine, remoremur, tenuibus hisce aequis fave conatibus, iisque, ubi tuo non indignos favore forte judicaveris, hilaris frui atque incolumis. Vale.

Corrige, fodes, pag. 227. lin. 18. in ipso prelo, meque incio, mutatum temere *Pfy* in *Pby*,

DIONYSII CATONIS
DISTICHA

DE

MORIBUS AD FILIUM,

POËTICIS ADORNATA

FLOSCULIS.



L I B E R I.

PICTURAE POËSIS INTERPRES.

*Virtutum ingrediens templum, Puer, incipe ab ARA:
Auspicio felix cursus ut omnis eat.*

*Praecipueque DEO laetos operare per annos:
Huic animos, animus quos fovet ipse (a), vovens,*

*I, bone, quo Virtus vigilem (b) vocat, i, pede fausto:
Aeterni cultus usque MEMENTO Dei.*


*Quis vocat? Harpocrates. Quid ait? Compesce labella.
At tacet? Hoc, digito dum premit ista, docet.*

Quique filet, clamat: MENTEM COHIBEBIS & IRAM,
Qui COHIBES LINGUAM, Proximus ipse Deo (c).*

*Cumque cupidinibus, fallacia monstra, chimaeras,
Tu, tibi qui constas (d), sub pede victor babes.*

*Alliciant pretio (e), precibus; vel laude (f), minisve:
Ne moveant animum, pelliciantque tuum!*

*Pollicitis, blandisve dolis, TU CREDERE NOLI (g).
Sic COHIBERE animos, est PROHIBERE nefas.*



(a) Dist. I. (b) Dist. II. (c) Dist. III. & XII. (d) IV. VII. (e) VI.
(f) XIII. XIV. (g) ibid. item XXV. XXVI. XXVII. &c. *Dist. XXXVII.




Fac tibi succurrat, juvenis * compescere linguam. 2



PRAEFATIO
QUATUOR
DISTICHORUM
LIBRIS

VULGO PRAEMITTI SOLITA.

uum animadverterem, quam plurimos homines errare graviter in via morum, succurrendum & consulendum opinioni eorum fore existimavi, maxime ut gloriose viverent, & honorem contingerent. Nunc te, fili charissime, docebo, quo pacto morem animi tui componas. Igitur mea praecepta ita legito, ut intelligas : Legere enim & non intelligere, (*nec legere*) negligere est.

[Quae deinde sequuntur BREVES SENTENTIAE, eas ut LEMMATA, suis singula Distichis vindicata, sub finem quatuor librorum, ordine percensebimus.]

4 D. CATONIS DISTICHORUM

(I.)

SI DEUS EST ANIMUS, NOBIS UT
CARMINA DICUNT,
HIC TIBI PRAECIPUE SIT PURA MENTE
COLENDUS.




Εἰ ΘΕΟΣ ἐστὶ νοῦς, ὡς θεόφατα φησὶ παλαιῶν,
καὶ σὺ μάλ' ἐνδυκέως καθαρῶ νοῖ τόν δε σεβίζε.

*If GOD, as Poets say, a Spirit be,
Let him with upright Mind be serv'd by thee.*

*Ist GOTT ein reiner Geist / wie die Poeten lehren /
So solt du gleichfalls Ihn mit reinem Herzen ehren.*

*Is GODT een Geest, als ons de wyze Spreuken leeren,
Zoo moct gy hem vooral met zuiv're zinnen eeren.*

*Si DIEU doit être Esprit, (tout oracle l'affûre ;)
Adorons - Le sur tout d'une ame juste & pure *.*



LECTIONIS VARIETAS hinc nulla, praeterquam in distinguendo,
de quo nos in HISTORIA CRITICA CATONIANA.

* Praeter hanc ultimam inveniet Lector *Historiae nostrae criticae* insertam,
sub

FLOSCULI POETICI.

In primis venerare Deos, atque annua magnae
Sacra refer Cereri, lactis operatus in herbis.

VIRGILIUS, *Lib. I. Georg. v. 338.*

Casta placent Superis. Pura cum veste venite,
Et manibus *puris* sumite fontis aquam.

TIBULLUS, *Lib. II. Eleg. I. v. 13.*

Casta DEUS mens est: Casta vult mente vocari.
Non bene coelestes impia dextra colit.

OVIDIUS, *Heroid. Ep. VII. v. 128.*

Compositum jus fasque *animo*, sanctosque recessus
Mentis & incoctum generoso *pectus* honesto:
Haec, cedo, admoveant templis; & farre litabo.

PERSIUS, *Sat. II. v. 73.*

Vita animae DEUS est, haec corporis; hac fugiente,
Solvitur hoc: perit haec destituyente DEO.

POETA JO. SAREBURIENSI
aetate aequalis.

Mente DEUM pura purum cole. Frivola mundi
Causa secunda tuae sarcina mentis erit.

MEYERUS.

Nam *prima* est virtus, *prima* est sapientia, Regem
Coelicolum Patremque hominum cognoscere, amare,
Sinceroque *animo* laudare, timere, precari.
Hoc sine virtutes alias nihil esse putato.
Hac pietate, potest tibi *nil* contingere *majus*.
Ergo humilis *venerare* DEUM. Favor omnis ab alto
Defluit in terras: *Nihil* est mortalibus aegris
Utilius, quam coelestem sancteque pieque
Orando sibi quaerere opem, & cognoscere Divos.

MARCELL. PALINGENIUS, *Zodiac. VII.*
Sagittar. v. 32. 739. 745.

Felices *animi*, coeli quos cura remordet
Et facit erectum tollere ad astra caput!
Addiscent illic vitae fomenta beatae,
Addiscent, *unum* noscere, amare, DEUM.

TORRENTIUS. *Tom. IV. Delic. Poët. Belg.*

sub finem singulorum in singula Disticha commentariorum, elegantiore
multo metaphrasin Gallicam, REGIS Filiabus dicatam ab Abbate Galio
•••; sed eam Tetraſtichis comprehensam.

6 D. CATONIS DISTICHORUM

(II.)

PLUS VIGILA SEMPER, NEC SOMNO
DEDITUS ESTO:

NAM DIUTURNA QUIES VITIIS ALIMENTA
MINISTRAT.




Τὸ πλεόν ἀγρύπνει, μὴ ἀμέτρως δὲ ἴδι φιλυπνος·
Ἡ μακρὴ γ' ἀνάπαυλα τροφὴν παθέεσσι χορηγεῖ.

*Watch always more, and be not giv'n to Sloth;
For daily Rest affords to Vices Growth.*

*Sey wache mehrentheils / und nicht dem Schlaf ergeben:
Dann gar zu lange Ruh macht lang' in Fastern leben.*

*Waak liever steeds, en blyf in vadzen slaap niet steken:
Want al te lange rust geeft voedsel aan gebreken.*

*Craignez de trop dormir. Le Vice se reveille,
Dans l'Ame de celui qui jour & nuit sommeille.*



VARIANS LECTIO: *ne somno*. Vulgatae ita fere Edit. pleraeque, sed melius Seriveriana, Arntzeniana & Parisinae, vet. & nova, nec non Anglica,

FLOSCULI POETICI,

Ecce Deus ramum, *Lethaeo rore madentem,*
Vique soporatum stygia, super utraque quassat
 Tempora, cunctantique natantia lumina solvit!

VIRGILIUS, *Aeneid. Lib. V. v. 854.*

• Infelix, tota quicumque *quiescere nocte*
 Sustinet, & *somnos praemia magna vocat.*

OVIDIUS, *Lib. II. Amor. Eleg. IX. v. 19.*

Stulte, quid est *somnus*, gelidae nisi mortis imago?
Longa quiescendi tempora fata dabunt.

IDEM, *ibid. v. 41.*

Quaeritur Aegisthus, *quare sit factus adulter?*
 In promptu causa est: *Desidiosus erat.*

OVID. *de Remed. Amor. Lib. I. v. 165.*

Qui *dormiunt libenter*, sine lucro & *cum malo quiescunt.*

PLAUTUS, *Rudent. Act. IV. Sc. 11. v. 18.*

In cute curanda plus aequo operata juvenus,
 Cui pulcrum fuit, *in medios dormire dies*, &
 Ad strepitum citharae cessatum ducere curam.
 Ut jugulent homines surgunt de nocte latrones;
 Ut te ipsum serves, non expergisceris? Atqui
 Si noles, fanus, curres hydropicus, & nī
 Posces ante diem librum cum lumine; si non
 Intendes animum studiis & rebus honestis;
 Invidia, vel amore *vigil torquebere*. Nam cur,
 Quae laedunt oculos, festinas demere; si quid
 Est animum, differs curandi tempus in annum?

HORATIUS *Lib. I. Ep. II. v. 29.*

Si *somnus nihil est*, nisi mors; nil mors, nisi *somnus*,
 Quo *plus in vita dormio*, vivo minus.

OWENUS, *Lib. III. Epigr. 140.*

Obtundit cerebrum *somni violenta potestas.*

AGRICIUS.

MATERIAM VITIIS DAT DIUTURNA QUIES.

NICOLAUS REUSNERUS.

D. CATONIS DISTICHO

(III.)

VIRTUTEM PRIMAM ESS
COMPESCERE LINGUAM:

PROXIMUS ILLE DEO EST,
RATIONE TACERE.



Τῶν ἀρετῶν πρώτην ἡγοῦ τὴν γλῶσσαν ἐπ
Ἄγχι Θεοῦ γὰρ ἐκεῖνος, ὅς οἶδεν καίρια

*Think it a Virtue chief to speak in Season;
He 's next to God, that can bold's Tongue with Reason.*

Die erste Tugend ist die Zunge beugen können:
Er ist ein halber Gott / wer schweigt mit klugen Sinnen.

Befchouwt het als iets groots uw tong te kunnen toomen ;
Die dit met reden doet, is Gode 't naaft gekomen.

*Mettre à sa langue un frein, est la Vertu premiere ;
C'est tenir du divin, que sagement se taire.*

VARIANS LECTIO: esse puto. Quidam. Proximus ille Deo, qui sc. r. s.
Recen-

11 AUG 1947

9
READER'S SURNAME
(in block capitals)

GILL

NO. OF SEAT

V. 12

FLOSCULI POETICI.

Eximia est Virtus, praestare silentia rebus:

Et contra gravis est culpa, tacenda loqui.

OVIDIUS, *Lib. II. de Arte v. 593.*

Dis proximus ille est,
Quem ratio, non ira, movet.

CLAUDIANUS, *Paneg. in Consulatu Mallii, v. 226.*

Est & fideli tuta *Silentio*
Merces: Vetabo, qui Cereris sacrum
Vulgârit arcanæ, sub iisdem
Sit trabibus fragilemque mecum
Solvat phaselum,

HORATIUS, *L. III. Od. II. v. 25.*

Insipiens linguam laxat, sapiensque refrænat;
Quis minor aut maior, quam tacuisse, labor?

OWENUS, *L. III. ad Carol. Eborac. Epigr. 109.*

Garrula dentato fraenanda est aggere lingua.

ANDRELIUS.

Inprimis studeas moderamina ponere linguae,
Et cave quid dicas, semperque libentius audi.

PALINGEN. *in Cancro. v. 770.*

Praesentem absentemque aliquem ne laede loquendo:
Hoc sit *praecipuum monitum, sit regula prima,*

IDEM, *ibid. v. 776.*

Arcanum neque tu scrutaberis ullius unquam,
Commissumque *teges, & vino tortus & ira.*

HORAT. *L. I. Epist. XVIII. v. 37.*

Loqui ignorabit, qui *tacere nesciet.*

AUSONIUS *in VII. Sapp. Pittaco.*

Recentissima Edit. Parisina cum Paraphrasi poetica vernac. Regisque Filiabus dicata 1752. it. Angl. 1749.

(IV.)

SPERNE REPUGNANDO TIBI TU
CONTRARIUS ESSE:

CONVENIET NULLI, QUI SECUM
DISSIDET IPSE.




Ῥήμασιν ἀντιλόγοις μὴ ἐναντίος ἑαυτῷ·
Οὐδενὶ συμφωνήσει, ὅς οὐ συμφωνεῖ ἑαυτῷ.

*Scorn to thyself by thwarting cross to be;
Who falls out with himself, with none can' gree.*

*Du mußt mit Keinen die nicht widersinnig seyn:
Wer mit ihur selbst nicht stimmt / der stimmt mit keinem ein.*

*Veracht het met u zelf te sryden in uw Rêen:
Want zulk een komt toch nooit met iemand overeen.*

*Ne te contredis point : A qui pourrois - tu plaire,
Si toujours on te trouve à toi-même contraire ?*



VARIANS LECTIO: qui secum dissidet ipso. Frustra legit Barthius.

FLOSCULI POETICI.

Si curtatus inaequali tonsore capillos
 Occurri, rides: si forte subucula pexae
 Trita subest tunicae, vel si toga diffidet impar;
 Rides. Quid, mea quum pugnat sententia secum?
 Quod petiit, spernit: repetit, quod nuper omisit?
 Aestuat, & vitae disconvenit ordine toto?
 Diruit, aedificat, mutat quadrata rotundis?

HORATIUS, *Lib. I. Ep. I. ad Maecenat. v. 94.*

Nil aequale homini fuit illi, Nil fuit unquam
 Sic impar sibi.

IDEM, *Serm. Lib. I. Sat. III. v. 9. & 18.*

Justum & tenacem propositi virum
 Non civium ardor prava jubentium,
 Non vultus instantis tyranni,
 Mente quatit solida.

IDEM, *Lib. IV. Od. IV. v. 1.*

———— Varium & mutabile semper
 Femina.

VIRGILIUS, *Aeneid. L. IV. v. 569.*

Formosis *Levitas* semper amica fuit.

PROPERTIUS, *Lib. II. Eleg. XIV. v. 26.*

Dum in dubio est *animus*, paullo momento *huc, illuc, impellitur.*

TERENTIUS, *Andriae Act. I. Scen. V. v. 31.*

Et sociis constans & moribus utere certis;
 Ne mihi nunc *albus* sis, alibique *niger.*

POSTERIUS

NULLI CONVENIET, SIBI QUI CONTRARIUS IPSI
 Extat, ut unde *calor* prodiit, inde *gelet.*

HENRICUS SAMARIENSIS, ab extrema paupertate, qua suos lacinae inscribere pelliceae verficulos coactus erat, vulgo dictus: *Pauper*, atque a Daumio iam ad h. l. citatus.

12 D. CATONIS DISTICHORUM

(V.)

SI VITAM INSPICIAS, HOMINUM SI
DENIQUE MORES:

CUM CULPANT ALIOS, NEMO SINE
CRIMINE VIVIT.




Ἦν ποί' ἐς ἀνθρώπων ἐπίδης βίον, ἤθεα τ' αὐτῶν
Κῆν αὐτοὶ μωμῶντ' ἄλλους, τῶν δ' οὔτις ἄμωμος.

*If thou into the Guise of Men dost dive;
Whilst they blame others, none without Fault live.*

Beschaue was der Mensch im Leben denkt und thut;
Wir tadeln fremde Schuld / und ist doch keiner gut.

· Indien gy 's menschen aart en leven regt beschouwt,
Vind gy bedillers wel, maar niemand zonder fout.

*Blâmant dans tes pareils une conduite infame,
Regarde sur toi-même. Est-il homme sans blâme?*



VARIANS LECTIO: *inspicias hominum, s. d. m. Quum culpant alios.*
Al. *Quum culpes. Scriveci. Ne culpes alios. Al. Quid culpas? it. al. culpant omnes.*

FLOSCULI POETICI.

— — — Ego met mi ignosco, Maenius inquit.
 Stultus & improbus hic amor est, dignusque notari.
 Quum tua pervideas oculis mala lippus inunctis,
 Cur *in amicorum vitiis tam cernis acutum*,
 Quam aut aquila, aut serpens Epidaurius? At tibi contra
 Evenit, inquirant vitia ut tua rursus & illi.

HORATIUS, *Lib. I. Serm. Sat. III. v. 23.*

Nimirum idem omnes fallimur, neque est quisquam,
 Quem non in aliqua re videre Suffenum
 Possis. SUUS QUOIQUE ADTRIBUTUS EST ERROR:
 Sed non videmus, manticae quid in tergo est.

CATULLUS, *Carm. XXII. v. 18.*

Ut *nemo* in sese tentat descendere, *nemo!*
 Sed praecedenti spectatur mantica tergo.

PERSIUS, *Sat. IV. v. 23.*

Peras imposuit Jupiter nobis duas;
 Propriis repletam vitiis post tergum dedit,
 Alienis ante pectus suspendit gravem.
 Hac re videre nostra mala non possumus:
Alii simul delinquant, censores sumus.

PHAEDRUS, *Lib. IV. Fab. IX.*

Caedimus, inque vicem praebemus crura sagittis:
Vivitur hoc pacto: sic novimus. — — —

PERSIUS, *Sat. cit. v. 42.*

Da facile veniam: *Prona gens labi sumus.*

GROTIUS, *in Sophompanea,*
AE. I. v. 124.

Alios monere facile. Si propriam tibi
Inspicere vitam cura, non deerit nefas.

IDEM, *ejud. AE. II. v. 61.*

Crimina qui cernunt aliorum, nec sua cernunt;
 Hi sapiunt aliis, desipiuntque sibi.

OWENUS, *L. III. Epigr. 79.*

14 D. CATONIS DISTICHORUM

(VI.)

QUAE NOCITURA TENES, QUAMVIS SINT
CARA, RELINQUE:

UTILITAS OPIBUS PRAEPONI TEMPORE
DEBET.



Κτησάμενος βλαβερόν τι, καὶ εἰ φίλον ἐστὶ, παραιτοῦ.
Ἔσθ' ὅτε δεῖ πλούτοιο τὰ σύμφορα πρόσθεν ἐλέσθαι.

*What thou hold'st hurtful leave, tho' dear to thee;
Safety sometimes to Wealth preferr'd must be.*

*Verlaß / ist dir's gleich lieb / das was dich kan verletzen:
Nutz' ist / zu rechter Zeit / dem Reichthum vor-zu setzen.*

*Verlaat het lief genot van 't geen u nadeel baart:
Het ware nut is meer dan grote schatten waard.*

*Quelque attrayant qu'il soit, évite - ce qui blesse:
La vraie utilité compense la Richesse.*

FLOSCULI POETICI.

Immodicis brevis est aetas & rara senectus:

Quicquid *ames*, cupias *non* placuisse *nimis*.

MARTIALIS, L. VI. Epigr. XXX. v. 7.

Qui studet optatam curfu contingere metam;

Multa tulit fecitque puer: sudavit & alfit.

Abstinuit Venere & vino. — — —

HORATIUS, *Arte poet.* v. 413.

— — — Sitis, ardor, arenae,

Dulcia virtuti: Gaudet patientia duris.

Laetius est, quoties *magno* sibi *constat*, honestum.

LUCANUS, *Lib. IX.* v. 402.

— — — Ignolce timori.

Tranquillas etiam naufragus horret aquas.

Qui semel *est laesus* fallaci piscis ab hamo,

Omnibus unca cibus aera subesse putat.

OVIDIUS, *Lib. II. de Ponto*
Eleg. VII. v. 7.

Quae nocere sequar, fugiam *quae profore* credam?

Romae Tibur amem ventosus, Tibure Romam?

HORAT. *Lib. I. Ep. VIII.* v. 11.

Vel nos in Capitolium;

Quo clamor vocat & turba faventium;

Vel nos in mare proximum

Gemmas & Lapidés, *aurum* & *inutile*,

Summi *materiam mali*,

Mittamus, scelerum si bene poenitet;

Eradenda Cupidinis

Pravi sunt elementa, & tenerae nimis

Mentes asperioribus

Formandae studiis. — — —

IDEM, *Carm. Lib. III. Od. XXIV.* v. 43.

(VII.)

CONSTANS ET LENIS, SIC UT RES
POSTULAT, ESTO:

TEMPORIBUS MORES SAPIENS, SINE
CRIMINE, MUTAT.




Ὡς λόγος αἰρήται, σεμνός γενοῦ, ἡδὲ προσηνής·
Ἐν καιρῷ σοφὸς ἦθος ἀνεγκλήτως μεταβάλλει.

*As things require, be either stern or kind :
For wise Men without blame oft change their Mind.*

*Sei standhaft und gib nach / wie Fug und Zeit begehren:
Ein Weiser kan zur Noth die Sitten wohl verkehren.*

*Vier bot, of houd uw streng, naar eisch van zaken ; want
Die naar den tyd zich richt toont wysheid en verstand.*

*Ferme & facile, au gré de chaque Circonstance,
En Sage, prêtez-vous aux tems, sans Inconstance.*



LECTIO. VAR. *sicut res postulat*. Novae Edition. Paris. & Anglica, cum paraphrasi metrica nuper emissae. Al. *cum res expostulat*. Wachius. *Ut res exp. vulgatae*. PRO *Lenis* habet *Levis* & : *Ut res eunque expostulat*, Erasim. Illud etiam Scribet.

FLOSCULI POETICI.

Pectoribus mores tot sunt, quot in orbe figurae:

Qui sapit, innumeris moribus aptus erit.

Utque levis Proteus modo se tenuabat in undas;

Nunc leo, nunc arbor, nunc erat hirtus aper:

Hi jaculo pisces, illi capiuntur ab hamis,

Hos cava contento retia fune trahunt;

Nec tibi conveniet cunctos modus unus ad annos.

OVIDIUS, *de Arte*, L. I. v. 761.

Nam:

Tempora mutantur, & nos mutamur in illis. —

Non eadem est aetas non mens. Vejanus, armis

Herculis ad postem fixis, latet abdicus agro.

HORATIUS, *L. I. Ep. I. v. 4.*

Istuc est sapere, qui, ubicunque opus sit, *animum possis flectere.*

TERENTIUS, *Heaut.*

Act. IV. Scen. III. v. 2.

Nec fallebatur tam catus & ipse probatis:

Aeternas grates mutua cura canit.

Constantemque sibi pariter *mitemque* fuisse

Insinuant natis, qui meminere, fenes:

Ipsum me gradibus non degenerasse parentis

Gaudent, & duplici sedulitate foveat.

De parente suo sequere RUTILIUS

Itinerar. L. I. v. 537.

Diffimula, simula, quoties occasio poscit:

Moribus ut *morem temporibusque geras.*

Temporibus, *qui rite sapis*, servire memento

Omnibus, ut tempus serviat omne tibi.

OWEN, *L. I. Epigr. XCII.*

Quisquis in ambigua se non *accommodat aula*

Omnibus ingeniis, non habet ingenium.

IDEM, *L. II. Epigr. VII.*

Nimirum hoc illud factum *Sapientis*, in horas,

Si toties *RES ipsa ferat*, *nova* sumere semper

Conflia, & nunquam certis addicere mentem.

MICH. HOSPITALIUS, *t. I. Epist.*

ad P. Castellanum. p. 95. Ed. Amst.

LECTION. VAR. Et levis & constans, ut res exposulat, esto. Vid. *Historia* hujus *Diff. criticam*: Ubi & rationem reddidimus, nost. i. hoc distinguendi modi.

18. D. CATONIS DISTICHORUM

(VIII.)

NIL TEMERE UXORI DE SERVIS CREDE
QUERENTI;

SAEPE ETENIM MULIER, QUEM CONIUX
DILIGIT, ODI.



Μεμφομένη δούλους μὴ ἄγαν πίστευε δάμαρτι.
Πολλάκις ἢ σύλληκτρος, ὃν ἀνὴρ φίλατο, μισεῖ.

*Believe not rashly when thy Wife complains
Of Servants : Whom thou lov'st, she oft disdains.*

Nicht glaube / wann dein Weib bey dir die Knecht' angiebet :
Oft hasset eine Frau den / so ihr Ehemann liebet.

Geloof niet los uw Vrouw, die wegens Knegten klaagt :
De Vrouw haat dikwils meest, die haaren Man behaagt.

*Ne livrez point vos gens à l'humeur d'une Femme.
Tel fait plaisir à Monsieur, qui déplaît à Madame.*

FLOSCULI POETICI.

LITES ALTERNAQUE JURGIA.

*Imperat illa Viro:*Pone crucem *servo*.*Maritus contra:*

Meruit quo crimine *servus*
 Supplicium? Quis testis adest? Quis detulit? Audi:
 Nulla unquam de morte hominis cunctatio longa est.

Uxor iam indignabunda & furoris
percita oestro:

O demens! Ita *servus* homo est? Nil fecerit: esto.
 Hoc volo, sic iubeo: Sit pro ratione voluntas.

JUVENALIS Sat. VI. v. 218. jam a Barthio
 citatus & post eum a Cl. Arntzenio ad h. l.

Nempe *huic*, (*Uxori Dominae*,) praecordia nullis
 Interdum, aut levibus videas flagrantia caussis.
 Quantulacunque adeo est occasio, sufficit irae.

IDEM, Sat. XIII. v. 181.

Paullatim vitia atque errores exuit omnes
 Prima docens rectum Sapientia Quippe minuti
 Semper & infirmi est animi exiguique voluptas,
 Ultio. Continuo sic collige: Quod *vindicta*
Nemo magis gaudet, quam femina. — — —

IDEM, *Cid.* v. 188.

D. Verum meam *uxorem*, Libane, nescis qualis sit?

L. Tu primus sentis, nos tamen praenoscimus.

D. Fateor, eam esse *importunam atque incommodam*.

L. Posterius istuc dicis, quam credo tibi.

D. Argentum accepi, *dote imperium vendidi*.

PLAUTUS, *Asinariae* Act. I. Sc. I. v. 45. & 74.

DI facerent, nuptis prudentia major adesset!

Sentirent faciles in sua vota viros.

L. DE MEYER, L. III. de Ira.

(IX.)

QUUM MONEAS ALIQUEM, NEC SE VELIT
ILLE MONERI:

SI TIBI SIT CARUS, NOLI DESISTERE
COEPTIS.




Ἦν τινα νουβετέης, ὃ δ' ἔφετμέων οὐκ ἐπακούη,
Εἰ μάλα μιν κραδίη φιλέεις, μὴ λῆγε μὲν οἴνῃς.

*When you advise one, though he do not heed;
Yet, if you love him, in your Way proceed.*

Verleyst du Warnung dem / der nicht gewarnt will seyn /
So du ihn herzlich liebst; so red' ihm dennoch ein.

Moet g' een' Weerbarstigen, zyns ondanks, scherp
vermaanen,
Wilt jegens uwen Vriend, U van die pligt niet spaanen.

*Quand celui qui t'est cher, rejette tes Avis,
Ne te rebute point, s'ils ne sont pas suivis.*



VARIANTS LECTIO. *Quando moneas. Al. Si moneas. Quamque moneas. Scal-*
vid.

FLOSCULI POETICI.

Ἄγαθὴ δὲ παραίφρασις ἐστὶν ἑταίρου.

HOMERUS, *Iliad* Λ, v. 56, ant. fin. libri.

Qui *monet*, quasi *adjuvat*.

PLAUTUS, *Curculion. Act. III. v. 89.*

Corripis, ut debes, *stulti peccata sodalis*.

OVIDIUS, *L. II. de Ponto Eleg. VI. v. 5.*

Vera facis, sed fera, meae convicia culpae;

Aspera confesso verba remitte reo.

Cum poteram recto transire Ceraunia velo;

Ut fera vitarem saxa, *monendus* eram,

Nunc mihi, naufragio quid prodest dicere factō;

Qua mea debuerit currere cymba via?

IDEM, *ibid. v. 7.*

Clam *coarguas amicum*, sed palam laudaveris.

AUSONIUS, *de Solone, in VII. Sapp.*

Indicium praebet, quicumque *hortatur, amoris*.

SAMBUCUS, *Epigr. Tit. Admonitio, p. 341.*

Te nuper *monui, monebo rursus*.

SCHOONHOVII, *Embl XL.*

Cereus in vitium flecti, *monitoribus asper*.

HORATIUS, *A. P. v. 163.*

Impatiens animus, nec adhuc tractabilis arte;

Respuit, atque odio *verba momentis* habet.

Adgrediar melius tum, cum sua vulnera tangi

Jam finet, & veris vocibus aptus erit.

OVIDIUS, *L. I. de Remed. Amor. v. 121.*

Temporibus medicina valet: data tempore profunt;

Et data, non apto tempore, vina nocent.

Quin etiam accendas vitia, irritesque vetando,

Temporibus si non *adgrediare suis*.

Ergo, ubi visus eris nostra medicabilis arte;

Fac *monitis*, fugias otia prima, meis.

IDEM, *ibid. v. 129.*

vid. nostram *Hist. Crit. It. ipse moneri*. Novissima Editio Parisina, ann. 1752.
ut & *Janſſon. 1646. & Angl. 1745.*

22 D. CATONIS DISTICHORUM

(X.)

CONTRA VERBOSOS NOLI CONTENDERE
VERBIS.

ERMO DATUR CUNCTIS, ANIMI SAPIENTIA,
PAUCIS.




Μὴ συνέριζε λόγῳ τοῖς ἀνδράσιν ἀπειρομάθοις·
Πᾶσι λόγος δέδοται, σοφίη δὲ φρενῶν, ὀλίγοισι.

*To strive in Words with Men of Words despise;
All Men can speak, but few are truly wise.*

Du solt mit dem / der schwätzt / zu schwätzen nicht beginnen;
Die Red' hat jedermann / nicht viele Wiß und Sinnen,

Vermydt den Woordenstryd met Snappers : In dit leven ,
Is Wysheid weinigen , aan elk de Spraak , gegeven.

*Evite le début d'un babillard frivole ;
Peu possèdent l'Esprit ; Tous, le Don de Parole.*



VARIANS LECTIO. *Contra verbosum. Et Animis Sapientia.*

FLOSCULI POETICI.

Non tu scis: *Bacchae bacchanti si velis adversarier,*

Ex infana insanio rem facies; feriet saepius:

Si obsequare, una resolvas plaga?

PLAUTUS, *Amphitr. Act. II. Scen. II. v. 70*

— — — — — Soli

Oderunt pacem stulti, & certamina quaerunt.

PALINGENIUS, *Cancro. v. 48;*

Num decet irasci Regem, si morio *verbis*

Indignis illum petat? An contemnere praestat?

Numquid cum puero decus est *pugnare Giganti?*

IDEM, *Scorpio, v. 790.*

— Ea ne dicas, quae nil referre videntur:

Nec verba incassum & nulla ratione profundas:

Nam te ridebunt homines, fatuumque vocabunt.

Verum, si ve rogas aliquem, seu forte roganti

Respon surus eris, prius ipsam *consule mentem,*

Quam vox exiliat: quae postquam est edita, retro

Haud remeare potest; verbum semel ore soluto

Emissum longe nequit ad sua claustra reverti.

IDEM, *Canceri v. 778,*

Cedito morosis, nam quo mage *concutis ignem;*

Hoc magis *attollit mota favilla jubar.*

SCHOONHOVIUS, *Emblemate XL.*

Si duro fueris *molestus idem,*

Nihil proficies: resuscitatur,

Sed non reprimitur premendo, serpens.

Palpanti nihil asperum, ferumve est.

IDEM, *ibid. in Phalucis.*

24 D. CATONIS DISTICHORUM

(XI.)

DILIGE SIC ALIOS, UT SIS TIBI CARUS
AMICUS:

SIC BONUS ESTO BONIS, NE TE MALA,
DAMNA SEQUANTUR.



*Ὡς ἄλλους φιλέειν, ὡς καὶ φίλος εἶναι ἑαυτῷ.


*Ὡς χρηστοῖς ἔσο χρηστὸς, ὅπως βλάβος οὐδὲν ἐπίσης.

*Love others well, but love your self still most;
Be good to good Men, but not to thy Cost.*

*Disß andern also hold / daß du ja freund seyst dir:
Sey guten Leuten gut; Schau aber selbst dich für,*

*Bemin wel and'ren, maar u zelven boven al,
Zyt aan den Goeden goed; doch myd uw ongeval,*

*Aimez votre Prochain : Ce Précepte est suprême ;
Mais le porter trop loin, c'est se perdre soi-même.*



VARIANS LECTIO. *Carus, amicos, Quod probat Cl. Cannegieterus.*
Et:

FLOSCULI POETICI.

Ne noceas tibi, sic aliis prodesse memento.

MARTIALIS, *medii aevi scriptor, Libro:*
undique suscepto.

Plus alios, quam se, quis, nisi stultus, amat?

RICHARD. JUDEX, *Venofinus, uterque iam*
a DAUMIO citatus.

Φιλῆ δ' ἑαυτοῦ πλείον οὐδεὶς οὐδένα.

MENANDER, *Citatus a Cl. ARNTZENIO:*

Quem nos Senarium ita latine, quantum ad
sensum, reddimus:

Quis semet ipso plus amabit quempiam?

Vel planius, magisque κατὰ πόδα.

Nemo sibi ullum amore amicum praeferet.

Diligitur nemo, nisi cui fortuna secunda est:

Quae simul intonuit, proxima quaeque fugat.

OVIDIUS, *de Pont. L. II. El. III. v. 23.*

Inter utrumque manet virtus: extrema relinque,
Et cui fas, quantumque licet, largire: nec ultra
Impensam facias, quam sit permessa facultas.

PALINGENIUS, *Tauri, v. 528,*

Quae tua conditio poscit moderare libenter;

Dumque juvas alios, sit tibi cura tui.

J. SAMBUCUS, *Emblematum Editionis*
quartae Plantinianae p. 48. tit.
πολυπραγμοσύνη. v. II.

Qui sua distribuunt, aliisque cavere videntur,

Cur sapere hos dicas? Re sine nomen habent.

I. D. E. M., *p. 97. Emblem. tit. Sapientia*
insipiens. v. 7.

Et: male damna. Infelix correctio, cui obviam itus nostrae distinctionis nota.

26 D. CATONIS DISTICHORUM

(XII.)

RUMOREM FUGE, NE INCIPIAS NOVUS
AUCTOR HABERI:

NAM NULLI TACUISSE NOCET: NOCET
ESSE LOCUTUM.




Φύγε νέους θρύλλους, μή καινοτόμος τις άκούσης·
Cύβένα γ' ή σιγή, τὸ λαλήσαι δ' ήκαχε πολλούς.

*Sun Rumours, lest thou be'st as th' Author nam'd;
Silence hurts none, but some for Words are blam'd.*

*Fleuch Zeitung/ daß man nicht die Schuld auf dich mag laden:
Dann Schweigen straft man nie; doch Reden bringt zu Schaden.*

*Myd los Gerugt, dat men u niet den Vinder teeken:
Het zwygen schaadt geen' Mensch; maar wel t'ontydig
spreeken.*

*Evitez le Renom d'être l'Auteur d'un bruit:
Silence ne fait tort; Babil est-ce qui nuit.*



VARIANS LECTIO. *Rumores fuge.* Cui consentiunt Graeci Interpp.
Planud. & Scalig. novissima Parisiensis, & pleraeque aliae Edit. cum Codd. MSS.
Al.

FLOSCULI POETICI.

It *Fama*, per urbes.
Fama, malum, quo non aliud velocius ullum,
 Mobilitate viget, *viresque* *adquirit eundo*.
 Parva metu primo, mox sese adtollit in auras,
 Ingrediturque solo & caput inter nubila condit.

VIRGILIUS, *Æneid.* L. IV. v. 173.

Tam *ficti* praviq̄ue *tenax*, quam *nuncia* veri.

IDEM, *ibid.* v. 188.

Tota fremit : vocesque *refert* : *iteratque* *quod audit*.
 Nulla quies intus, *nullaque* *silentia parte*.
 Nec tamen est clamor, sed parvæ *murmura* vocis.

OVIDIUS, *Metam.* L. XII. v. 47.

Mistaque cum veris passim *commenta* vagantur
Millia *rumorum* : confusaque verba volutant.
 E quibus hi vacuas implent sermonibus aures;
 Hi narrata ferunt alio : *Mensuraque* *ficti*
Crescit, & *auditis aliquid* **NOVUS** *adjicit* **AUCTOR**.

IDEM, *ibid.* v. 54.

Propterea certe nova pascua quaeris, & amnes
Fingis inauditos, & *vis* **NOVUS** **AUCTOR** **HABERI**.

J. B. MANTUANUS, *Ecl.* X. v. 255.
citante ita DAUMIO.

Quisquis is est, memori *rumorem* voce *referre*
 Et *fieri* *famae* *parsque* *gradusque* *potest*.

OVIDIUS, L. III. *Trist. El.* XII. v. 43.
 & *cit.* ARNTZEN, *El.* XIII. v. 43.

Rumor *rumores*, errores *parturit* error;
 Ut *nivis* *exiguus* *crescit* *eundo* *globus*.

OWENUS, L. *Sing. Epigr.* CCXLIII.

Non nova sunt *fingenda*, nisi haec vera esse probentur;
 Nullam verba fidem, amota ratione, merentur,

PALINGEN, *Aquario.* v. 406.

Al. *novus* *alior.* Clariff. Reitz. *Non unquam* *tacuisse* *nocet*.
 It. *nocet* *esse* *locuto*. Mera conjectura aliqui ita mutaturi erant; sed perperam,
 veluti in *Historia Critica* nos ostendimus.

28 D. CATONIS DISTICHORUM

(XIII.)

SPEM TIBI PROMISSI CERTAM PROMITTERE
NOLI.

RARA FIDES IDEO EST, QUIA MULTI MULTA
LOQUUNTUR.




Ἐλπίδ' ἀπαγγελίης μὴ ἐτοίμην αὐτίκα ἡγοῦ·
'Ἡ πίσις σπανίη γ', ὅτι πολλοὶ πολλὰ λαλοῦσι.

*Do not thou promise what is promis'd thee;
Faith is but rare, because Words are so free.*

*Treu auf Verheißung nicht / als könne sie nicht fehlen:
Treu' ist ein theures Ding : Weil viel' auch viel erzehlen.*

*Hoop op 't beloofde ga Beloftens nooit te boven:
Trouw is een zeldzaam ding, wyl veelen veel beloven.*

*Ne vous fondez pas trop sur Promesses pompeuses :
Le Credit est tombé par ces Langues trompeuses.*



VARIANS LECTIO. Rem tibi promissam certo pr. n. Vulgata olim Lectio,
quam & Planudes sequitur. Al. Rem al. Spem s. promissam, certam, it. al. certum.

RATA

FLOSCULI POETICI.

Promittas facito : (quid enim promittere laedit?)

Pollicitis dives quilibet esse potest.

Spes tenet in tempus, semel est si credita, longum:

Illam quidem fallax; sed tamen apta dea est.

OVIDIUS, L. I. de Art. am. v. 445.

Si donare vocas *promittere*, nec dare, Cai;

Vincam te donis muneribusque meis.

Accipe Callaïcis quidquid fodit Aëtur in arvis,

Aurea quidquid habet divitis unda Tagi;

Quidquid Erythraea niger invenit Indus in alga,

Quidquid & in nidis unica servat avis;

Quidquid Agenoreo Tyros improba cogit aëno:

Quidquid habent omnes; accipe, quomodo das.

MARTIALIS, L. X. Epigr. XVI. toto.

Das nunquam; semper promittis, Galla, roganti:

Si semper fallis; iam rogo, Galla, nega.

IDEM, L. II. Epigr. XXV. tot.

Si qua mei tamen est in te pia cura relicta;

Incipe pollicitis addere facta tuis.

OVIDIUS, L. II. Amor. El. XVI. v. 47.

Omnia promittis, nec tantum forte daturus.

H. GROTIUS, L. III. Sylvar.

Plus tibi pollicitis praestandum, non minus. Unde?

Una data est homini lingua, manusque duae.

At tu nil praestas; promittis plurima: tamquam,

Marce, duae linguae sint tibi, nulla manus.

OWENUS, Libro singul. Epigr. XXIII. tot.

Vulgare amici nomen; sed RARA est FIDES.

PHAEDRUS, L. III. Fab. XLVIII.

Citante & hoc, post Opitium, cum pluribus aliis exemplis, Cl. Arntzenio.

Rara fid. ideo, quia m. m. l. Editio novissima Parisina, cum metaphrasi Gallica, Tetraſtichis contenta.

(XIV.)

QUUM TE ALIQUIS LAUDAT, JUDEX TUUS
ESSE MEMENTO:

PLUS ALIIS DE TE, QUAM TU TIBI, CREDERE
NOLI,




"Ἦν τις σ' αἰνέσσειε, σὺ γίγνου σεῖο δικασῆς·
Μὴ πίσει' ἄλλοις περὶ σοῦ πλεόν, ἢ σεαυτῶ·"

*When any thee commend, pass Judgment just
Touching thy self, and do not others trust.*

*Lobt einer etwa dich / nim dich zum Richter für:
Und glaube keinem mehr / als du dir selbst / von dir.*

*Beoordeel steeds u zelf, als and're uw lof verbreyen,
En vleid U zelven min, dan deez' u mogten vleyen.*

*Vous prise-t-on ; jugez de vos propres Merites:
Qu'avec de grands Défauts vos Forces sont petites !*



VARIANS LECTIO. *Quum quis te l. Al. Cum te quis l. Sed prior illa,
potior.*

FLOSCULI POETICI.

*Respue, quod non es: Tollat sua munera cerdo.
Tecum habita, & noris, quam fit tibi curta supellex.*

PERSIUS, *Sat. IV. v. 51.* Cerdo, qui te,
cum sis sordidus, blanditiarum suarum
sordibus candidum positumque efficere,
frustra quidem, adlaborat.

— — Nec te quaesiveris extra.

IDEM, *Sat. I. v. 7.*

Tu recte vivis, si curas esse, quod audis.
Jactamus iam pridem omnis te Roma beatum:
Sed vereor, NE CUI DE TE PLUS, QUAM TIBI, CREDAS;
Neve putes, alium Sapiente Bonoque, beatum.
Neu, si te populus sanum, recteque valentem
Dicitur, occultam febrem sub tempus edendi
Diffimules, donec manibus tremor incidat unctis.
Stultorum incurata pudor malus ulcera celat.

HORATIUS, *L. I. Epist. XVI. v. 17.*

Haec ipsa magna est culpa, blandiri sibi.

H. GROTIUS, *Sylv. sacris.*

Maxima pars fumo gaudet, fumoque repletur.
Stulti, quid fumo est levius? quid inanius? Aut quid
Ridiculum magis esse potest, quam quaerere honorem
Immeritum, & causas veri contemnere honoris?

PALINGENIUS, *Zodiac. Vit. in Sagitt. v. 924.*

Qui tribui veram sibi laudem quaerit, ineptos
Contemnat plausus, judicioque regat.

SAMBUCUS, *Embl. tit. Ambitio, p. 81. v. 5.*

Virtus, repulsa nescia fordidae,
Intaminatis fulget honoribus:

Nec sumit, aut ponit, secures

Arbitrio popularis aurae

HORATIUS, *L. III. Od. II. v. 17.*

32 D. CATONIS DISTICHORUM

(XV.)

OFFICIUM ALTERIUS MULTIS NARRARE
MEMENTO:

ATQUE ALIIS QUUM TU BENEFECERIS
IPSE, SILETO.




Τὴν εὐεργεσίην ἄλλων ἐνὶ πλείοσι θρύλλει·
Ἦν δέ τι τοὺς ἄλλους εὖ ἔρδῃς, κεῦθε σιωπῆ.

*Others good Turns to thee be sure to tell;
But nothing say, when thou thyself do'st well.*

*Hat einer dir gebient; so zeig' es vielen an:
Schweig' aber / hast du gleich bey andern was gethan.*

*Laat veele alom den lof des Gunstbewyzers hooren;
Doch 't eigen goed bedryf, in 't nedrig harte smooren.*

*Aimons à célébrer tous les bienfaits d'un autre;
Que la nuit du Silence enveloppe le nôtre.*



VARIANS LECTIO. A. aliis quam tu bene. Al. quantum benefeceris, ipse
flet.

It. al. Si tu forte aliis bene feceris ipse flet.

* Textui quodsi latino & mecum mihi calculum insuper adjicere licitum fuerit.

FLOSCULI POETICI.

Χάρη λαβῶν μίμνησο, καὶ δὸς ἐπιλάθου.

*Jambicum Trimeteron, cum sequente AUSONII
versione jam a SCALIG. allegatum.*

Amico

Tu bene si quid facias, non meminisse fas est.

Quae bene facta accipias, perpetuo MEMENTO.

*AUSONIUS in VII. Sapientum Sententiis, & septenis
versibus CHILONI Lacedaemonio tribuitis.*

Beneficii numquam, cito dati obliviscere.

*SENEC. ac SYRI singular. Sentent. ed.
HAVERCAMP. v. 70.*

Si te muneribus quisquam donaverit, effer:

At quae tu dederis, coram jactare caveto,

Ne jactatoris valeas incurrere nomen.

PETR. ALIS.

Quae mihi praestiteris memini, semperque tenebo,

Cur igitur taceo, Postume? Tu loqueris.

Incipio quoties alicui tua dona referre,

Protinus exclamat: Dixerat ipse mihi.

Non belle quaedam faciunt duo: Sufficit unus

Huic operi: Si vis, ut loquar; ipse tace.

Crede mihi, quamvis ingentia, Postume, dona

Auctoris pereunt garrulitate sui.

*MARTIALIS Lib. V. Epigr. LII. totum:
Nam totum huc pertinebat. Ex parte vero,
jam ante nos, in notis ad hoc Dist. novissimè
Editoris.*

Omnia sponte fluant, absit violentia rebus.

JO. A. M. COMENIUS, cui nos adjungimus:

Et, quam sponte refers, gratia, grata magis.

fuert, posterioris versus dictiones: *Atque &: quam tu, vel aliorum: quantum, ortum traxisse ex sequente numerorum serie, facile mihi persuaserim: At quae tute aliis benefeceris ipse. Ut in Parodia Petri Alitis, supra allata. Vel tali ex ordine: At quam tute aliis bene, &c.*

34 D. CATONIS DISTICHORUM

(XVI.)

MULTORUM QUUM FACTA SENEX ET
DICTA RECENSES,
FAC TIBI SUCCURRANT, JUVENIS QUAE
FECERIS. IPSE.




Πολλὰ γέρων πολλῶν μεμνημένος ἔργα λόγους τε,
Ἐνδυκέως μέμνησο, τάπερ νέος ὦν σοὶ ἔοργας.

*Whilst, now grown old, Mens Words and Deeds you scan,
Think what you did yourself, being a young Man.*

Zeigst du im Alter an / was der und die gemacht;
So denck' ihm gleichfalls nach / was du / noch jung / vollbracht.

Spreekt g', in uw Grysheid: Dit heeft deez' en die
bedreeven;
Denk dan om 't geen Gy deed in de Uchtend van uw
Leven.

*Vous, Controlleurs de tout, dans la morne Vieillesse,
N'épargnez pas, non plus vos Exploits de Jeunesse.*



VARIANS LECTIO. *Fac tibi succurrat, juvenis quid f. i. Scriver.*

FLOSCULI POETICI.

Antiquos jam mente dies annosque revolvens
Explicare, vetus repetitaque saecula per aevum,
Maturisque patres, *memores & temporis acti*
Percontare *senes*: Hi te memoranda docebunt.

MOSES in Cantico Deuteron. XXXII. 7.
Jo. Matthaeo TOSCANO interprete.

Denique te ipsum
Concute, num qua tibi vitiorum inieverit olim
Natura, aut etiam consuetudo mala.

HORAT. Serm. Libr. I. Sat. III. v. 34.

Multa *senem* circumveniunt incommoda. Vel quod
Quaerit & inventis miser abstinet & timet uti:
Vel quod res omnes timide gelideque ministrat.
Dilator, spe longus, iners, avidusque futuri:
Difficilis, querulus, *laudator temporis acti*
Se puero, *Censor castigatoremque minorum.*
Multa ferunt anni venientes commoda secum;
Multa recedentes adimunt.

IDEM, Arte poet. v. 170. quo etiam jam
digitum intendit proximus ante nos
Editor, Cl. ARNTZENIUS.

Laudat praeteritos, praesentes despicit annos:
Hoc tantum rectum, quod sapit ipse, putat (*senex.*)
Se solum doctum, se judicat esse peritum,
Et, quod sit sapiens, desipit inde magis.
Multa licet nobis referens, eademque revolvens
Horret, & alloquium conspuit ipse suum.

CORNEL. GALLUS, Eleg. I. v. 197.

Fortunate *senex*, *actae* quem gloria vitae
Sic juvat, ut lethi non sit acerba dies.

BOCHIUS.

Ut laudanda senis probitas, ita foeda *senectus*
Culpanda est, turpi quae maculata probro.

OWENUS, L. Ethicor. II. Epigr. XX.

Quae caruit vitiiis, dulcis tolet esse *senectus*:
Contra *morosa* est, quae *vitiosa* fuit.

IDEM, L. eorumd. I. Ep. LXL

Grata *senectus* homini, quae *parilis juventae*:
Illa juventa est gravior, quae similis *senectae*.

AUSONIUS, Distichis VII. Sapp. in CHILONE.

(XVII.)

NE CURES, SI QUIS TACITO SERMONE
LOQUATUR.

CONSCIUS IPSE SIBI DE SE PUTAT OMNIA
DICI.




Τοῦ κρυφίως μὴ σοι μελέτω τινὶ κοινολογούτος·
Πᾶν ὑφορᾷ καθ' ἑαυτοῦ, ὅς αὐτῷ φαῦλα γύναιδε.

*If one do whisper softly, do not care;
They think all said of them that guilty are.*

Sagt einer heimlich was; so laß es überhin.
Wer ihm nicht wohl bewußt, meynt alles geh' auf ihn.

't Belge U niet als men zegt of heimlyk spreken mogt:
Want dus vertoont zich 't merk van schuldige agterdogt.

*Ne vous appliquez point un mot, dit en Silence:
Ce Soupçon marque assez, quelle est la Conscience.*



VARIANS LECTIO. Nec cures. Suspecta tamen.

FLOSCULI POETICI.

*Conscia mens, ut cuique sua est, ita concipit intra
Pectora, pro facto spemque metumque suo.*

OVIDIUS, *Libr. I. Fastor. v. 485.*

*Conscia mens recti fama mendacia ridet:
Sed nos in vitium credula turba sumus.*

IDEM, *corumd. Libr. IV. v. 309.*

*Conscia mens recti nullo commota pavore est:
Ut mala mens semper sollicitata pavet.*

OWEN, *Ethic. & politicor. Libr. I. Ep. XL.*

*Suspicione si quis errabit sua,
Et rapiet ad se, quod erit commune omnium,
Stulte nudabit animi conscientiam.*

PHAEDRUS, *Libr. III. Prolog. v. 45.*

Nihil est miserius, quam animus hominis conscius.

PLAUTUS, *Moffellar. Act. III. Scen. I. v. 13.*

Heu quantum misero poenae mens conscia donat!

LUCANUS, *Libr. VII. v. 784.*

Qui pavet vanos metus, Veros fatetur.

SENECA, *Oedip. (Act. III.) v. 700.*

*Quid poena praefens consciae mentis pavor,
Animusque culpa plenus & semet timens?*

IDEM, *in Hippolyto. v. 161.*

————— Cur tamen hos tu
Evasisse putes, quos diri conscia facti
*Mens habet attonitos, & furdo verberare caedit,
Occultum quatiente animo tortore flagellum?
Poena autem uehemens, ac multo saevior illis,
Quas & Caeditius gravis invenit & Rhadamanthus:
Nocte dieque sum gestare in pectore testem.*

JUVENALIS, *Sat. XIII. v. 192.*

Non dabitis murum sceleri. ———

CLAUDIANUS.

————— *Hic murus aheneus esto:
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.*

HORAT. *Libr. I. Ep. I. v. 60.*

(XVIII.)

QUUM FUERIS FELIX, QUAE SUNT ADVERSA
CAVETO:

NON EODEM CURSU RESPONDENT ULTIMA
PRIMIS.



Ἐν ταῖς εὐτυχίαις τὰ τύχης ἑτερότροπ' ἄλευε·
Οὐχὶ τὰ λοιπὴν αἰεὶ τοῖς πρῶτοις ἐστὶ συναρδία.

*When thou dost thrive think things may fall amiss;
The End not always like Beginning is.*

Im Glücke schaue zu / damit es sich nicht wende :
Sie sind nicht gleich' allzeit / der Anfang und das Ende.

In 't ruim van voorspoed wil aan tegenspoed ge-
denken,
Het Rad van Avontuur kan wel in 't eind' eens zwenken.

*Favorifès du Sort , prévoions ses Retours :
Jamais ne nous ramène au Port le premier Cours.*



VARIANS LECTIO. Non simili cursu, Malscius, sed dubia fide.

FLOSCULI POETICI.

Tu quoque *fac timeas*, & quae tibi *laeta* videntur,
Dum loqueris, *fieri tristia posse*, puta.

OVIDIUS, *Libr. IV. de Ponto, El. III. Dist. ult.*

Saepius ventis agitur ingens
Pinus : & celsae *gravioere casu*
Decidunt turres: feriuntque summos
Fulmina montes.

HORATIUS, *Carm. Libr. II. Od. X. v. 9.*

Res etiam *in summo* quando fortuna locavit,
Sunt in praecipiti, non *stabilique gradu*.
Ergo *ne nimium rebus confide secundis*:
Quae *secura* putas, *ventus inanis* aget.

SAMBUCUS, *Emblem. pag. m. 279.*

Nemo *cavenda* timet, qui *metuenda cavet*.

OWEN, *Libr. III. Epig. CLXXII. f. fin.*

— — — *Dicique beatus*
Ante obitum nemo supremaque funera debet.

OVIDIUS, *Metam. Libr. III. v. 136.*

Omne sub regno *gravioere regnum* est.
Quem *dies vidit* *veniens superbum*,
Hunc *dies vidit* *fugiens jacentem*,
Nulla *fors longa* est. *Dolor ac Voluptas*
Invicem cedunt. Brevior Voluptas.
Ima permutat brevis hora summis.

SENECA *in Thyeste. Act. III. Choro, v. 594. & 610.*

Miscet haec illis, *prohibetque Clotho*
Stare fortunam. Rotat omne fatum.

IDEM, *ibid. v. 615.*

Res Deus nostras celeri citatas
Turbine versat.

IDEM, *ibid. v. 619. Plura horum vid.*
ad Libr. IV. Dist. XXVI.

Non eadem semper fortuna, vel omnibus una est.

MICH. HOSPITALIUS, *libr. III Epist.*
ad LANCELOTUM CARLUM Episc.
p. 186, Ed. Amst.

(XIX.)

QUUM DUBIA ET FRAGILIS SIT NOBIS VITA
TRIBUTA;

IN MORTEM ALTERIUS SPEM TU TIBI
PONERE NOLI.




Εἴγε μινυθάδιος βίος ἐστὶ καὶ ἄσατος ἡμῶν,
Ἐν μόρῳ ἀλλοτρίῳ τὴν ἐλπίδα σοῦ μὴ ἀναρᾶν.

*Sith God a frail uncertain Life doth give thee,
Hope not for dead Mens Sboes, that may out-live thee.*

Weil dieses Leben nur ist Furcht und Todes-Noth;
So hoffe du doch nicht auf eines andern Tod.

Herdenk der sterflingen onzek'ren levensloop,
En maak' op and'rer dood geen vasten staat, noch hoop.

*Sur la mort de quelqu'un l'espérance est fragile:
Notre être également est douteux & débile.*



VARIANS LECTIO. *Nobis sit vita.* Edit. Paris. cit. Aantz. Sed Nov.
Paris.

FLOSCULI POETICI.

Vitae summa brevis spem nos vetat inchoare longam.

Jam te premet nox fabulaeque manes.

HORATIUS, *Lib. I. Od. IV. v. 15.*

————— ——— Spacio brevi
*Spem longam refeces: Dum loquimur, fugerit invida
Aetas. Carpe diem, quam minimum credula postero.*

IDEM, *ibid. Od. XI. v. 6.*

Turpiter his emitur *Spes mortis*, & orba Senectus.

OVIDIUS, *d. A. Libr. II. v. 271.*

*Nemo tam divos habuit faventes,
Crastinum ut possit sibi polliceri.*

SENECA, *Thyest. Act. III. Choro. v. 617.*

————— ——— Scilicet *ultima semper*
Expectanda dies homini est. —————

OVIDIUS, *Libr. III. Met. v. 135.*

Pulvis & umbra sumus.
*Quis scit, an adjiciant hodiernae crastina summae
Tempora Dî superi?*
*Cuncta manus avidas fugient heredis, amico
Quae dederis animo.*

HORATIUS, *Libr. IV. Od. VII. v. 16.*

Hic male dotata *pauper* cum conjuge *vivit*:
Uxorem fato credat obesse suo.

OVIDIUS, *de Remed. Am. Libr. II. v. 169.*

Imminet exitio vir conjugis, illa mariti.
Lurida terribiles miscent aconita novercae.
Filius *ante diem* patrios inquirit in annos.

IDEM, *Metamorph. Libr. I. v. 147.*

Nonne *hominum vitam* tenui pendere capillo,
Nonne *perire brevi mortalia cuncta videtis*,
Ac, veluti fumus, *tenues* vanescere in auras.

PALINGENIUS, *Capricorno, v. 432.*

*Sors quos vult tabulis heredes grata supremis
Scribit, averque suo mortuus esse loco:*
Mî satis est aliquid duro peperisse labore:
Praedia, quae veniunt sorte, pericla vehunt.

SAMBUCUS, *Emblemat. p. m. 148.*

Paris. sit nobis. In morte alterius. Vulgatae omnes, ita & novissima Parisina.

(XX.)

EXIGUUM MUNUS QUUM DAT TIBI PAUPER
 AMICUS,
 ACCIPITO PLACIDE, PLENE ET LAUDARE
 MEMENTO.




Εἴ τι σοι ἀκλέανος φίλος εὐτελὲς ἅπασε δῶρον,
 Δέχνησαι εὐμενέως καὶ ἐπαίνεσον εὐφρονι θυμῷ.

*When a small Gift is giu'n by a poor Friend,
 Accept it well, and bigbly it commend.*

Gib' dir ein armer Freund / als viel er geben kan;
 So lob' es völliglich / und nim es freundlich an.

Geest u een arme Vrient, zoo veel hy geven kan,
 Zo neem het aan in dank, en spreck 'er loflyk van.

*Quelque Don, qu'un Ami pauvre & zélé te fasse;
 Fais cas de son présent & reçois-le avec grace.*



VARIANS LECTIO. Quum det. Al. plene laudare mem. It. al. & plene.
 Accipias placide & plane l. m. Nupera illa Parif. Ed. sed hic minus probanda.

(*) Gallice vocantur ejusmodi cultores sequioris sexus & clientes perpetui,
 des

FLOSCULI POETICI.

Accipe parva mei laetus munuscula centus:

Nec quae sint, sed quae, suspice, mente data.

OWENUS, *Eth. Libr. I.*

Non quantum dederis, sed quanta mente dedisti,

Pensandum est: Placat victima parva Deum.

IDEM, *ibid. Epigr. VIII. & LXXXIX.*

Munera, crede mihi, capiunt hominesque Deosque:

Placatur donis Juppiter ipse datis.

OVIDIUS, *Libr. III de Arte am. v. 743.*

Munera det dives: jus qui profitebitur, adfit:

Facundus causam saepe clientis agat.

Carmina qui facimus; mittamus carmina tantum.

IDEM, *ibid. v. 631.*

Muneribus parvis gratia maior inest.

Vid. *Histor. nostr. Crit. ad h. D. n. II.*

Utque ea non sperno, sic acceptissima semper

Munera sunt, auctor quae pretiosa facit.

OVIDIUS, *Heroid. Epist. XVII. v. 71.*

Nec. . . jubeo pretioso munere dones:

Parva, sed e parvis callidus apta dato.

Cum bene dives ager, cum rami pondere nutant;

Afferat in calatho rustica dona puer. — — —

Afferat aut uvas, aut quas Amaryllis amabat:

At nunc castaneas, nunc amat illa nuces. — — —

Omnibus his inerunt gratae vestigia curae. ()*

Sit suus in blanda fedulitate modus.

IDEM, *Libr. II. Art. v. 261. 267. 331. & 334.*

Abs quivis homine, quum est opus, beneficium accipere gaudeas.

TERENTIUS, *Adelph. Act. II. Scen. III. init.*

des Rendeurs de petits services, de quibus saepius in scriptis suis jocatur Gallicus ille in Anglia Epicurus Philosophus, Sr. Evremont: Nam Gallicus & in Gallia Epicurus mihi Gassendus est.

44 D. CATONIS DISTICHORUM

(XXI.)

INFANTEM NUDUM QUUM TE NATURA
CREARIT,
PAUPERTATIS ONUS PATIENTER FERRE
MEMENTO.




Εἴ σε τεκοῦσα φύσις γυμνὸν βρέφος ἦγε φώσδε,
Τῆς ἀχρημοσύνης ἄχθος φέρε κατεροβύμως.

*Sith Infant bare by Nature born thou art,
The Weight of Poverty take in good part.*

Weil du dich Leben bloß und nackend hast gekrieger;
So leide / wann die Last der Armuth auf dir lieget.

Natuur heeft naakt en bloot op aarde u voorgebragt.
Draag daarom 't lastig pak der armoè zonder klagt.

*Enfant, tu sortis nud des mains de la Nature:
Apprends à supporter tous tes maux sans murmure.*



VARIANS LECTIO. Creavit. Pauciores; sed Parif. nostra: creavit.

FLOSCULI POETICI.

Tum porro PUER, ut faevis projectus ab undis
 Navita, NUDUS humi *jacet* INFANS, *indigus omni*
Vitai auxilio, cum primum in luminis oras
Nixibus ex alvo matris NATURA profudit:
 Vagituque locum lugubri complet, ut aequum 'st,
 Quoi tantum in vita restet transire malorum.

LUCRETIUS, *de Natur. rerum Lib. V. v. 223.*

— — Fuit illa dies, qua femina tantum,
 Spesque hominum primae, matrisque habitavimus alvo.
Artifices NATURA manus admovit: & angi
 Corpora visceribus distentae condita matris
 Noluit, eque domo vacuas emisit in auras.
Editus in lucem jacuit sine viribus INFANS:
 Mox quadrupes rituque tulit sua membra ferarum.

OVIDIUS, *Metamorph. Libr. XV. v. 216.*

TIRES. *Pauper eris.* ULYSS. *Fortem hoc animum tolerare jubebo;*

HORATIUS, *Libr. II. Sat. V. v. 20.*

Quanto quisque sibi plura negaverit,
 A Dis plura feret. *Nil cupientium*
Nudus castra peto: & transfuga divitum
Partes linquere gestio,
 Contemptae dominus splendidior rei.

HORATIUS, *Libr. III. Od. XV. v. 21.*

— — Rectius occupat
 Nomen *beati, qui* deorum
 Muneribus sapienter uti
Duramque callet pauperiem pati.

IDEM, *L. IV. Od. IX. v. 46.*

Pauperiem, modico contentus, semper amavi:
 Et rerum dominus, nil cupiendo, fui.

CORNEL. GALL. *El. I. v. 53.*

NUDUS in hunc mundum *veni puer, exeo nudus.*
 Ita Deus nobis dederat, Deus abstulit idem.

MICH. HOSPITALIUS, *Libr. II. Epist. I. p. 72.*

NUDUM HOMINEM primum MATER NATURA profudit,
 SERENUS SAMONICUS, *de Medicina, pag. 34.*

Nil habet *infelix paupertas* durius in se,
 Quam quod ridiculos homines facit. — —

JUVENALIS, *Sat. III. v. 152.*

Leve est *miserias* ferre; *perferre* est grave.

SENECA, *Thyest. (A. II.) v. 306.*

46 D. CATONIS DISTICHORUM

(XXII.)

NE TIMEAS ILLAM, QUAE VITAE EST ULTIMA
FINIS:

QUI MORTEM METUIT, QUOD VIVIT, PERDIT
ID IPSUM.




Μὴ τρέσσης τὴν κῆρα , βίου πέρασ ἔσχαλον οὔταν·
Ὅσκι κῆρα δέδοικε , καὶ ὁ ζῆ , τοῦτ' ἀποβάλλει.

*Fear not that End of Life which Nature gives;
He that fears Death, loseth even that he lives.*

Lauf für dem Ende nicht / das allen ist gegeben:
Wer fürchtet seinen Tod / vergißt der Zeit zu leben.

Schuw niet dat doelwit, 't geen' een einde aan 't leven geeft.
Die vrees den dood, verliest zelf 't leven dat hy heeft.

*Ne craignez point la mort ; c'est un terme prescrit :
Chaque jour est perdu que cette crainte aigrit.*



VARIANS LECTIO. *Quae Vita est ult. Leidenf. cod. 2. dum vivit. Al.
perdidit ipsum. Perperam.*

FLOSCULI POETICI.

————— Moriari. MORS ULTIMA LINEA rerum est:

HORATIUS, *Libr. I. Epist. XVI. v. 79.*

————— MORS ULTIMA poena est,
Nec metuenda viris. ————

LUCANUS, *Pharsal. Libr. VIII. v. 395.*

Stat sua cuique dies, breve & irreparabile tempus
Omnibus est vitae ————

VIRGILIUS, *Æneid. Libr. X. v. 467.*

Flere obitum, est addi vulnera vulneribus.

LAMPSON. *Typo vitæ humanæ. Vid. Tom. III.
Delic. Poët. Belg.*

Mors & fugacem persequitur virum:

Nec parcat imbellis juventæ
Poplitibus, timidoque tergo.

HORATIUS, *Libr. III. Od. II. v. 14.*

Metu

Mon mortis laqueis expedies caput.

IDEM, *Ibid. Od. XXIV. v. 7.*

Fortem posce animum, mortis terrore carentem:
Qui SPATIUM VITAE EXTREMUM inter munera ponat
Naturæ. ————

JUVENALIS, *Sat. X. v. 357.*

Felicem vitam vis vivere? Spermato vitam:

Vivit enim misere, cui sua vita placet.

OWENUS, *Libr. ad R. And. Epigr. XIII.*

Differt, non aufert mortem longissima vita:

Quid differt igitur: cras hodieve mori?

IDEM, *Libr. ad G. Sidley, Epigr. XXIX.*

Nos tamen occasum nostrum observare deceret,

Et finem vitæ quemque videre suæ.

PROSPER AQUITANUS, *Sent. CLX. v. 18.
Citante Doct. ARNTZ.*

Plura alibi: Nam sæpius hoc argumenti tractat Auctor.

(XXIII.)

SI TIBI PRO MERITIS NEMO RESPONDET
AMICUS;

INCUSARE DEUM NOLI: SED TE IPSE
COËRCE.




Εἴ τι παθὼν ἀπὸ σεῦ ἀγαθόν τις μὴ χάριν οἶδε,
Μὴ τοῦτου μέμφοιο θεόν, σὲ δὲ τίσσον ἑαυτόν.

*If ne'er a Friend doth answer to thy Merit,
Do not blame God therefore, but calm thy Spirit.*

Wird dir durch keinen Freund für Gutes Recht gethan;
So straffe dich nur selbst und klage Gott nicht an.

Word u van geenen Vriend uw weldaat wel vergolden,
Bedwing uw zelven vry, maar God blyve ongescholden.

*Que nul de vos Amis ne vous rende Justice;
Accuserez-vous Dieu; Vous-voilà leur Complice!*



VARIANS LECTIO. Nemo respondit. Incusare illum. Scriber. Al. tu ipse e.

FLOSCULI POETICI.

Qui mihi debebant fidum solamen AMICI
 Probra ingerebant clanculum & convitia.

*Omnibus officiis culti, mihi damna rependunt,
 Remunerantur odio amorem simplicem:*

*Ast ego, secretae tibi, QUI penetralia mentis
 Cernis, dolente corde, fundebam preces.*

DAVID, *Rex Israël, Ps. CIX. 3. 4. interprete
 G. BUCHANANO.*

Nil homine terra pejus ingrato creat.

EX MENANDRO, AUSON. *Epigr. CXXXII. v. 1.*

Pone domum, & servos & quidquid frangitur illis,
 Aut perit: *ingratos*, ante omnia, *pone sodales.*

JUVENALIS, *Sat. XI. v. 189.*

Turpe erit, in miseris veteri tibi rebus amico
 Auxilium nulla parte tulisse tuum.

Turpe, referre pedem, nec passu stare tenaci:
 Turpe, laborantem deseruisse ratem.

Turpe, sequi casum & fortunae cedere: *amicum*
 Et, nisi sit felix, esse *negare suum.*

OVIDIUS, *Libr. II. de Ponto, El. VI. v. 19.*

Nec mage in orbe frequens, *ingrati crimine*, morbus:
 Pro meritis odium, praemia mundus habet.

LAUTERBACHIUS.

Desine de quoquam quidquam bene velle mereri,
 Aut aliquem fieri posse putare piam.

Omnia sunt ingrata: Nihil fecisse benigne est:
 Imo etiam taedet, taedet obestque magis.

Ut mihi, quem nemo gravius, nec acerbius urget,
 Quam modo, qui me unum, atque unicum amicum, habuit;

CATULLUS, *Carm. LXXIV tot.*

Heu me miserum, qui tuum animum ex animo spectavi meo!

TERENTIUS, *Andr. Act. IV. Scen. 1.*
 in qua & plura huc faciunt, v. 12.

50 DIONYS. CATONIS DISTICH.

(XXIV.)

NE TIBI QUID DESIT, QUAESITIS UTERE
PARCE:

UTQUE, QUOD EST, SERVES, SEMPER TIBI
DEESSE PUTATO.



Ὅφρα μὴ ἐλλείπη τί σε, χρήμασι φειδομένως χρῶ,
Ἐὼς τηρῆς τὰ ἐνόητα, λιπεῖν αἰεὶ τι νόμιζε.

*That want thou may'st not, save what thou hast got;
And that thou may'st save, think thou hast it not.*

Daß dir nichts fehlen mag / so spahre für und für;
Damit du spahren magst / so denck' es fehle dir.

Neem spaarzaam uw gebruik van 't geen gy hebt gegaart.
Denk steeds of gy 't niet had, op dat ge uw goed bewaart.

*De peur de perdre tout, ménagez votre Bien:
Pour sauver tout, craignez qu'il ne vous reste rien.*

FLOSCULI POETICI.

Parvula (nam exemplo est) magni *formica* laboris;
 Ore trahit, quodcunque potest, atque addit acervo,
 Quem struit, haud ignara ac *non incanta futuri*.
 Quae simul inversum contristat Aquarius annum,
 Non usquam prorepat, & illis UTITUR ante
 QUAESITIS *sapiens*. — — —

HORATIUS, *Libr. I. Sat. I. v. 33.*

— — — Utile quid fit,
 Prospiciunt aliquando viri, frigusque *famemque*
Formica tandem *quidam expavere magistra*.

JUVENAL. *Sat. VI. v. 358.*

Pauperies immunda *domus procul absit*. Ego, utrum
 Nave ferar magna aut parva, ferar unus & idem.

HORATIUS, *Libr. II. Ep. II. v. 199.*

Importuna tamen *pauperies abest*. —
Contracto melius parva *Cupidine*
 Vestigalia porrigam;
 Quam si Mygdoniis regnum Halyattici
 Campis continuem. *Multa petentibus*
Desunt multa. Bene est, cui Deus obtulit
 PARCA, quod satis est, manu.

IDEM, *Libr. III. Od XVI. v. 37. &c.*

Re frueri, ut natus mortalis: *dilige sed rem*,
 Tamquam immortalis: Sors est in utroque verenda.

AUSONIUS, *Epigr. CXXXVII. ex MENANDRO.*

Utere divitiis, tamquam moriturus, & idem
 Tamquam victurus, *parcite divitiis*.

THOMAS MORUS.

Mors velut immineat, praesentibus *utere: Rebus*
Parce, velut fati fera fit hora tui.

G. BUCHANANUS, *Libr. I. Epigr. antepen.*

E Grasco, rel. vid. ad Dist. XXIX.

52 DIONYS. CATONIS DISTICH.

(XXV.)

QUOD PRAESTARE POTES, NE BIS
PROMISERIS ULLI:

NE SIS VENTOSUS, DUM VIS BONUS IPSE
VIDERI.




Ὅτι δύνῃ παραχρῆμα δόμεν, τόδε μὴ δις ὑπόσχου·
Μὴ κενόδοξος ἔης, ἐθέλων φιλότιμος ἀκούειν.

*Promise not twice a thing within thy Might,
Lest, whilst thou would'st seem kind, thou dost prove light.*

Das / was du zugesagt / solt du zu thun dich heissen /
In dem du gut wilt seyn / betrieglich nicht zu heissen.

Belooft aan niemand ooit uw' Gift ten tweedenmaal:
't Is gulheid niet, zoo 't schynt, maar iedel windgepraal.

*N'ofrez pas vos bienfaits plusieurs fois, en parade:
Ce faux air de bonté tourne en Rodomontade.*



VARIANS LECTIO. dum vis melioris haberi, ex Libri III. Dist. XX.
cuiam

FLOSCULI POETICI.

Mobilis Aefonide, vernaque incertior aura :

Cur tua polliciti pondere verba carent ?

OVIDIUS, *Heroid. Epist. VI. v. 109.*

Α' χάρις ἂ βραδύπους ἄχαρις χάρις.

ANTHOLOS, *Centur. III. tit. εἰς τὴν χάριν
καὶ ἀχαρίσεως.*

Gratia, quae tarda est, ingrata est: Gratia namque

Cum fieri properat, gratia grata magis.

AUSONIUS, *Epigr. LXXXI.*

Ἐκείνη χάρις γλυκερώτεραι. κ. τ. λ.

ANTHOL. *Graec. l. c.*

Si bene quid facias, facias cito: Nam cito factum

Gratum erit: Ingratum gratia tarda facit.

AUSONIUS, *Epigr. LXXXII.*
Ex eadem utrimque

NE SIS VANILOQUUS, pariter res verba sequantur,

P. ALES,

Quidquid ab antiquo, Pauline, rogaris amico,

Hoc te facturum cras mihi semper ais.

Visne tibi dignas reddam pro munere grates?

Gratia pro meritis cras referenda tibi.

OWENUS, *Libr. I. Epigr. LXXXIX.*

Te dare promittis, nec das mihi munera, Simon;

Nil tibi debebo, si mihi tarda dabis.

IDEM, *in Ethicor. I. Epigr. XLVI.*

Munera des laetus: Corruptunt taedia donum.

In quo censendum est quid, nisi dantis amor?

IDEM, *Epigr. XLVII.*

Pollicitus nonnulla, nihil mihi, Pontice, praestas.

Ut Medicus, quamvis nil det, ait: Recipe.

IDEM, *Libr. I. Epigr. CLXI.*

Bis dat, qui cito dat: Nil dat, qui munera tardat.

Versus Proverbialis.

etiam Anglica. Al. d. v. bonus esse videri. Cum paucioribus aliis Editio novissima Arntzeniana.

54 DIONYS. CATONIS DISTICH.

(XXVI.)

QUI SIMULAT VERBIS, NEC CORDE EST
FIDUS, AMICO

TU QUOQUE FAC SIMILE: SIC ARS DELUDITUR
ARTE.




Τόν σοι πλασά λαλοῦντα, καί οὔ σοι κηρόθι πιστόν,
Ἐμπαλι μιμοῦ καί σύ. Δόλω δόλος ᾧδε κερτεῖται.

*When one's a Friend in Words, but not in Heart,
Do thou the like, thus Art is mock'd by Art.*

Wer gute Worte giebt / und ist nicht Freund von Herzen /
Dem thu als wie er dir : So trift man Scherz mit scherzen.

Is uwe Vriend niet trouw, zo dat gy 't merken kunt ;
Veins ook als hy : Betaal hem met gelyke munt.

*Quand l'Ami lipocrite en flattant vous amuse,
Feignez donc avec lui, rendez ruse pour ruse.*



VARIANS LECTIO. *Quum simulat verbis, nec corde est fidus amicus ; Tu quoque fac simile.* Scriverius ; sed nulla auctoritate, ut is plurima, suo Marte, mutavit. Quem sequitur, in posteriore tantum versu, Arntzeniana Edit. sensu tamen non pleno, sed hiante & per durissimam Ellipsin verborum :

FLOSCULI POETICI.

Judice me *fraus est concessa*, repellere *fraudem*:

Armaque in armatos iurare, jura finunt.

OVIDIUS, *Libr. III. d. Art. v. 491.*

Fallite fallentes: Ex magna parte profanum

Sunt genus. In laqueos, quos posuere, cadant.

IDEM, *Libr. I. v. 647.*

Fallit enim vitium specie virtutis & umbra,
Cum sit triste habitu, vultuque & veste severum.

JUVENALIS, *Sat. XIV. v. 109.*

Nam jus fasque finunt vim vi *propellere, fraudem*
Fraude, velut meritum merito pensare decorum est.

PALINGENIUS, *Zodiaci vitae*
Capric. v. 334.

Quippe homini nunc nulla fides, nunc *omnia plena*
Insidiis: socio nunc quisque imponere tentat.

IDEM, *Cancro. v. 398.*

Tu saltem taceas: Nam *dissimulare tacendo*
Maxima plerumque est *prudencia*. Vivere nescit,
Ut bene vulgus ait, qui nescit dissimulare.

Ibid. v. 683.

————— Tute ista videbis.
Namque aliis non certa fides: ferme *omnibus est mos*
Fallere. Mentiri potius, quam dicere verum,
Cuique *placet*: raros poteris reperire fideles.

IDEM, *Leonis v. 553.*

Dissimulant; & nube cava *speculantur amicti*,
Quae Fortuna viris? —————

VIRGILIUS, *Aeneid. Lib. I. v. 516.*

Si vitare velis acerba quaedam.
Et tristes animi cavere morsus;
Nulli te facias nimis sodalem:
Gaudebis minus, & minus dolebis.


MARTIALIS, *Lib. XII. Epigr. XXXIV. v. 8.*

~~erga eum fac ut &c. demum referciendo. Quod incommodi evitaret Scriberius, sola particula; Quum. Si datur conjecturae locus, forte ita reponeretur: Amicum Tu quoque fac similem: Sic a. d. a. Vel: Amico Te quoque fac similem. Tu quoque fac simile: Etiam habet Parisina nova.~~

(XXVII.)

NOLI HOMINES BLANDO NIMIUM SERMONE
PROBARE:

FISTULA DULCE CANIT; VOLUCREM DUM
DECIPIT AUCEPS.




Ἀνέξας αἰμυλίου καὶ χρησολόγου μὴ ἐπαίνει
Ἡ σύριγξ λιγὺ μέλπει, ὅτ' ἰξυὺς ὄρνεα θέλγει.

*Think not too well of Men for fair Words making;
The Pipe sounds sweetly, whilst the Bird is taking.*

Vertraue Leuten nicht / die lieblich schwäßen wollen.
Die Pfeiffe klinget wohl / wann Vögel eingeh'n sollen.

Agt Menschen niet te veel, die schoon zyn voor uwe oogen;
Zoet speelt het fluitje; doch het Vogeltje is bedrogen.

*Sur-tout n'écoutons point ces voix à-doux-Accents:
L'Oiseau tient au filet par la douceur des Chants.*



VARIANS LECTIO. *Homines blandis nimio sermone, blandos nimium.* Angl.
Al. cum decipit.

FLOSCULI POETICI.

Nunquam te fallant *animi sub vulpe latentes.*

HORATIUS, *Arte Poët.* v. 438.

Nec vos decipiant *blandae mendacia linguae.*

OVIDIUS, *Heroid. Epigr. XV. v. 55. citatus &*
ARNIZENIO, *V. C.*

Decipies alios verbis, vultuque benigno:

Nam mihi jam *notus dissimulator eris.*

MARTIALIS, *Libr. IV. Epigr. LXXXVIII. sub fin.*

Define *blanditias & verba, potentia quondam,*

Perdere: non ego sum stultus, ut ante fui.

OVIDIUS, *Amor. Libr. III. Eleg. XI. v. 34.*

Tuta frequensque via est, *per amici fallere nomen:*

Tuta frequensque licet sit via; crimen habet.

IDEM, *d. Arte Lib. I. v. 587.*

Qui te plus solito *demulcet carmine blando,*

Te *capere infidiis nititur ille suis.*

OWENUS, *Ethicor. II. Epigr. XXIX.*

Qui se *laudari gaudent verbis subdolis,*

Serae dant poenas turpes poenitentiae.

PHAEDRUS, *Libr. I. Fab. XIII. v. 1.*

Habent infidias hominis blanditiae mali.

IDEM, *ibid. Fab. XIX. init.*

Hoc novum est *AUCUPIUM, ego adeo hanc primus inveni viam:*

GNATHO TARENTIANUS, *Gnathonicorum*
disciplinae sese magistrum jactitans, Eunuch.
Act. & Sc. II. v. 16. 32.

Doctus *adulator, pro vento carbasâ vertens,*

Temporibus servit sedulus usque suis.

SCHOONHOVIUS, *Emblem. LIII. v. 3.*

Cur mihi *blandiris, vulpina veste, sodalis?*

Quid toties *priscam fingis amicitiam?*

Odisti dudum, nil credo, *dextera fallit,*

Et didicit *caudam flectere laeva manus.*

SAMBUCUS, *Emblem. p. m. 155. tit.*
Animi sub vulpe latentes.

Non fuit in terris *vocum simulantior ales:*

Reddebas *blaeso tam bene verba sono.*

OVIDIUS, *Amor. Libr. II. El. VI. v. 23.*

(XXVIII.)

QUUM TIBI SUNT NATI, NEC OPES; TUNC
ARTIBUS ILLOS

INSTRUE, QUO POSSINT INOPEM DEFENDERE
VITAM.




Ἦν σοι παῖδες ἔρσι, καὶ οὐκ ἄφενος, σὺ δὲ τοῦςδε
Παιδεύειν, ἵν' ἔχωσιν ἀκλήριον ἡμᾶρ ἀλαλκεῖν.

*If thou hast Sons, and hast no Means to give,
Then bring them up to Trades, that they may live.*

Sind Kinder / und kein Geld zu'n Kindern dir gegeben;
So unterweise sie / damit sie können leben.

Heeft Godt u Kinder wel, maar Rykdom niet gegeven;
Geeft hun door Leer' en Kunst, waar van zy mogen leven.

*N'ayant que des Enfans, pour tout votre trésor,
Instruisez-les aux Arts, qui valent plus que l'Or.*



VARIANS LECTIO. *Sí tibi sint n. n. o. Pauciores, inter quos tamen*
Editt.

FLOSCULI POETICI.

Disce bonas artes, moneo, Romana juvenus.

OVIDIUS, *Art. Libr. I. v. 461.*

Plurimum enim intererit, quibus *artibus* & quibus *hunc tū*
(filium)
Moribus *instituas* —————

JUVENALIS, *Sat. XIV. v. 73.*

Artibus ingenuis quaesita est gloria multis.

OVIDIUS, *Libr. II. de Ponto, Eleg. VII. v. 47.*

At te nocturnis juvat impallefcere chartis:
Cultor enim es *juvenum*, purgatas *inferis aures*
Fruge Cleanthea. Petite hinc Juvenesque, Senesque;
Finem animo certum, miserisque *viatica canis!*

PERSIUS, *Sat. V. v. 62.*

Quae monstrant ipsi pueris, traduntque parentes.

JUVENALIS, *Sat. cit. v. 3.*

————— *Sapientia fructum*
Producit *vitae, fert ipsa Scientia florem.*

PALINGENIUS, *Sagitt. v. 692.*

Permagni refert etiam *quos quisque parentes*
Accipiat, *quo sit pacto nutritus, & a quo*
Instructus. Nam *quos mores puer adbibit, & quas*
Artes a teneris didicit, retinebit adultus.

IDEM, *Capricorn. v. 76.*

Exercere artem, sibi qua succurrere egenti
Possit, si quando infelix patrimonia casus.
Abstulerit, si quando ferox fortuna malignam
Pauperiem intulerit rebus violenter ademptis;
Ne mendicus eat, patiens frigusque famemque.

Ibid. v. 337.

Blanda patrum segnes facit indulgentia natos.

J. B. MANTUAN. *Parthen. Lib. I.*

Editt. Paris. & Londinenf. novae. *qui possint.* Solus Scriverius, ut adfolet.
Al. *quic possint.* It. al. *quo possunt, languide.*

60 DIONYS. CATONIS DISTICH.

(XXIX.)

QUOD VILE EST, CARUM; QUOD CARUM EST;
VILE PUTATO:
SIC TIBI NEC CUPIDUS, NEC AVARUS HABEBERIS
ULLI.




Τὸυτελὲς ἔντιμον , τὸ δὲ τίμιον εὐτελὲς ἦγοῦ·
Οὕτως οὐ φαίνοιο φιλάργυρος , οὐδὲ σὺ κίμβιξ.

*What cheap is, dear; what dear is, cheap esteem:
So sbalt thou never base or griping seem.*

Das schlechte sey dir lieb / das liebe schlecht allein.
So wirst du weder dir noch andern geizig seyn.

Op dat gy gierig , noch begerig word gezegt;
Waardeer een kleintje hoog; wat duur is, agt het slecht.

*Fuyant & l'Avarice & toute Avidité,
Rien ne vous soit trop cher, ni rien trop bon-marché.*



VARIANS LECTIO. *Quod carum, vile. Plures MSS. Codd. & ex iis
Antezen. Sed noviss. Paris retinuit utrumque est.*
*Sic tibi nec cupidus &c. Scriverius, pro more. Sic mihi nec c. Malsc. suo ex
ingentia. Sic*

FLOSCULI POETICI.

Virtus est *medium* vitiorum & *utrimque reductum*.

HORATIUS, *Libr. I. Epist. XVIII. v. 9.*

Auream quisquis *mediocritatem*
Diligit, turus caret obsoleti
Sordibus tecti, caret invidenda,
Sobrius, aula.

IDEM, *Libr. II. Od. x. v. 5.*

Redditum Cyri folio Phraaten
Dissidens plebi numero beatorum
Eximit *Virtus*: Populumque falsis
Dedocet uti
Vocibus: Regnum & diadema tutum
Deferens uni propriamque laurum,
Quisquis ingentes, oculo irretorto,
Spectat acervos.

Ibid. Od. II. v. 17.

Judice, quem nosti, *populo*, qui *stultus* honores
Saepe dat indignis, & *tamae* servit *ineptus*,
Qui stupet in titulis & imaginibus: quid oportet
Nos facere, a vulgo longe lateque remotos?

IDEM, *Libr. I. Sat. VI. v. 15. cum antecedd.*

Nonne cupidinibus statuit natura modum?

Ibid. Sat. II v. III cum seqq.

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos ultra citraque nequit consistere rectum.

Ibid. Sat. I. v. 106.

Quirites,
Hoc, puto, non justum est: illud male: rectius illud.
Scis etenim *justum* *genina* *sustineri* *lance*
Ancipitis librae, rectum discernis, ubi inter
Curva subit, vel cum talit pede regula varo.

PERSIUS, *Sat. IV. v. 8. &c.*

Vere etenim sapiens est is, qui certum adhibere
Novit avaritiae luxuriaeque modum.

BUCHANAN, *Libr. I. Epigr. antepenult.*

Non semper ea sunt quae videntur: Decipit
Frons prima multos.

PHAEDRUS, *Libr. IV. Fab. I. Praef. v. 5.*

Difficile est nimium, artificis pernoscere mentem.

PALINGEN, *Scorp. v. 612.*

Sic tibi nec parcus, nec avarus habebis ulli. Erasmus, & plures eum, vel utroque, ut Anglica, vel posteriore saltem versus membro, securi.
Nec avarus nosceris ulli. Arntzeniana, post plures Editt. alias.

XXX.

62 DIONYS. CATONIS DISTICH.

(XXX.)

QUAE CULPARE SOLES, EA TU NE FECERIS
IPSE:

TURPE EST DOCTORI, CUM CULPA REDARGUIT
IPSUM.




Μὴ ῥέξον τὶ τέων ἐπισμένος ἑσσι κακίζειν·
Δίσχρον ὑφηγητῆ γ' ὅτ' ἐλέγχεται αὐτὸς ἀμαρτῶν.

*Do not thyself what thou art wont to blame.
When his Faults check him, 'tis the Teacher's Shame.*

Was du zu tadeln pflegst / das thu auch selber nicht.
Schand' ist's / wenn selbst dein Thun der Lehre widerspricht.

Bedryf geen dingen, die g' in and'ren plagt te laken:
Schand is 't, als Daden zelfs des Leeraars Woord verzaken.

*Vous, Censeur des Pécheurs, n'adoptez pas leurs crimes.
C'est bonte à tout docteur, d'enfreindre ses maximes.*



VARIANS LECTIO, *Culpare soles*. Scriber. it. pro voluntate sua lubi-
tueque.

FLOSCULI POETICI.

Sic agitur censura, & sic exempla parantur:

Cum iudex, alios quod monet, ipse facit.

OVIDIUS, *Fastor. Lib. VI. v. 643.*

In commune jubes si quid, censesue tenendum,
Primus iussa sibi; tunc observantior aequi
Fit populus, nec ferre negat, cum viderit ipsum
Auctorem parere sibi.

CLAUDIANS, *IV. Consul. Honor. v. 296.*
& quae sequuntur ad v. usque 302.

Cum fueris censor, primum te crimine purga,
Nec tua te damnent facta nefanda reum.

OWENUS, *Ethic. II. Epigr. XXXI.*

Adspiciat lucem, qui vult damnare tenebras:

Qui carpit mores, sit sine labe prius.

IDEM, *eorumd. I. Epigr. XXV.*

Hi mihi DOCTORES semper placuere, *docenda*

Qui faciunt, plus quam, qui facienda docent.

IDEM, *Epigrammatum Lib. II. XXIV.*

Ut decuit docuit, qui re sua verba probavit:

Plus male facta nocent, quam bene dicta docent.

IDEM, *Libr. ad G. Sidl. Epigr. LXXIX.*

Discite vos prius, inde alius ostendite rectam
Vivendi formam, & sanctos inducite mores.

PALINGEN, *Sagittar. v. 725.*

QUAE vitare jubes alios, NE FECERIS IPSE:

TURPE EST, DOCTOREM CUM sua CULPA notat.

CHRISTOPH. AULAEUS, *Cent. I. Dist. LXXXVI.*
citante DAUMIO.

TURPE EST Censori, si se non iudicet IPSE:

Aut se, non alios, labe carere putet.

NICOL. RUDINGERUS, *Pisovernas L. II.*
Eleg. Evang. ab eod. citatus. Uterque est in
Deliciis Poetar. German.

Quaelibet ex fructu proprio cognoscitur arbor.

DOCTOR erit magnus, factis qui, quod docet, implet.

S. COLUMBANUS ABBAS, *Monastich. 82. & 83.*

(XXXI.)

QUOD JUSTUM EST, PETITO, VEL QUOD
VIDEATUR HONESTUM:

NAM STULTUM EST PETERE ID, QUOD
POSSIT JURE NEGARI.




Αἰτῆσαι τὸ δίκαιον εἶν, τὸ τε καλῶ εἰκός*
Αἰτίζειν δ' ἀμαθές, τὸ, τ' ἀνήνασθαι θεμῖς ἐστίν.

*Ask what is just, or what seems good to th' Eye:
It's fond to ask what 'tis just to deny.*

Was recht und ehrlich ist / das magst du recht begehren:
Mit Thorheit fordert man / was niemand kan gewähren.

Eisch 't geen regtvaardig is, of eerlyk schynt en goed:
't Is dwaas te willen dat geweigerd worden moet.

*N'exigez rien, à quoi l'Équité soit contraire:
C'est chercher un refus, qu'une injuste Prière.*



VARIANS LECTIO. *Petere, quod p. j. n. Scriv. & ex MSS. novissime
Aintz. Id vero retinuit & nobiscum Parisin, Anglica: Nam stult. petere est.*

FLOSCULI POETICI.

Ah *nimum est, quod, amice, petis: moderatius opta*
Et voti, quaeso, contrabe vela tui.

OVIDIUS, *Lib. I. d. Ponto Elog. IX. v. 71.*

At tu, funesti ne firm tibi muneris autor,
 Nate, cave; dum resque finit, tua *corrige vota.*

IDEM, *Metam. Lib. II. v. 88.*

Posce (bonorum) aliquid: *nullam patiere repulsam.*
 Deprecor hoc unum, quod, vero nomine, poena,
 Non honor est: *poenam, Phaëthon, pro munere postis:*

IDEM, *ibid. v. 97.*

Diffuadere licet: non est tua tuta voluntas.
 Magna *petis, Phaëthon, & quae non viribus istis*
Munera conveniunt, nec tam puerilibus annis.
 Sors tua mortalis: non est mortale, quod optas.
 Plus *etiam, quam, quod superis contingere fas est,*
Nescius affectas. — — — — —

Ibid. v. 53.

Est quodam prodire tenus, si non datur ultra.

HORATIUS, *Lib. I. Epist. I. v. 32.*

Insani sapiens nomen ferat, aequus iniqui,
 Ultra, quam satis est, virtutem si petat ipsam.

IDEM, *eiusd. Epist. VI. v. 15.*

Utere Pompejo Grospho, & si quid petet, ultro
 Defer: nil Grosphus, nisi verum orabit & aequum.

IDEM, *ibid. Epist. XII. v. 22. qui locus*
admodum adposite ad hoc Dist. jam citatus
est à C. L. ARNTZENIO.

Justam rem & facilem esse oratum a vobis volo,
 Nam juste ab Justis *justus sum orator datus.*
 Nam *injusta ab Justis impetrare non decet:*
 Justa autem ab Injustis petere, insipientia est.

PLAUTUS, *Amphitr. Prolog. v. 33.*

Negat sibi ipse, qui, quod difficile est, petit.

PUBL. SYR. MIMIS, *cum prox. superiore*
jam a DAUMIO laudatus.

(XXXII.)

IGNOTUM TIBI TU NOLI PRAEPONERE
NOTIS:

COGNITA JUDICIO CONSTANT, INCOGNITA
CASU.




Μὴ γνωστοῦ ἀγνωῶτα προτιμήσασθαι ἐταίρου.
Τὰ γνωῶς ἐστὶ λογισμῶ, ἀτὰρ τ' ἀγνωσῶ τυχερῶς

*Do not things unknown, before known, advance;
Known things in judgement rest, unknown to Chance.*

Bekante solt du nicht nach Unbekannten sehen:
Es treugt nicht / was man kennt; das Fremde kan verlegen.

Denk dat voor 't geen bekend, wat vreemd is, zwichten zal:
By oordeel staat het een, het ander by geval.

*Que l'Inconnu chez vous sans mûre Intelligence,
N'ait, sur ce qu'on connoît, la folle préférence.*



VARIANS LECTIO. Ignotum tibi nolite Angl. Al. Ignotumque tibi noli.
It.

FLOSCULI POETICI.

Quod latet, ignotum est: Ignoti nulla cupido.

Fructus abest, facies cum bona teste caret.

Tu licet & Thamyram superes, atque Orphea cantu;

Non erit ignotae gratia magna lyrae.

Si Venerem Cous nunquam pinxisset Apelles;

Mersa sub aequoreis illa lateret aquis.

OVIDIUS, *Libr. III. d. Art. v. 397.*

Quae miseros hominum cepit dementia sensus,

Incerta ut certis sint redimenda bonis?

Spem, pretio, nunquam tibi pollicearis egenam:

Solvitur in fumum quidquid ineptus agit.

SAMBUCUS, *Emblematum IV. Edit. Plantin.*
p. 142. tit. Alchymiae vanitas.

In levibus, quaeso, firmam ne ponito laudem.

IDEM, pag. 58.

In tutis igitur spemque decusque loca.

IDEM, p. 65. tit. Ridic. Ambitio & : Spes certa.

Optio si fallat, plumbum ut pro divite coecus

Arripias auro: Quis tibi causa mali est?

IDEM, p. 22. tit. Fortuna duce.

Incerta pro spe non munera certa relinque;

Ne rursus quaeras, forte nec invenias.

AVIANUS, *sub finem Fabulae XX.*

— — Decepta aviditas

Et quem tenebat ore dimisit cibum;

Nec, quem petebat adeo potuit attingere.

PHAEDRUS, *Libr. I, Fab. IV, v. 5.*

Hoc admonere simplices etiam potest,

Opinione alterius ne quid ponderent.

Ambitio namque dissidens mortalium

Aut gratiae subscribit, aut odio suo.

Erit ille notus, quem per te cognoveris.

IDEM, *Libr. III, Fab. X, v. 54.*

~~~~~

It, al, *Ignotum tibi met noli, Parisinus iter nobiscum facit.*

( XXXIII. )

QUUM DUBIA IN CERTIS VERSETUR VITA  
PERICLIS,  
PRO LUCRO TIBI PONE DIEM, QUOCUMQUE  
LABORAS.




Εἰ βίωτος σπασθᾶται ἀτεκμάρτοισιν ἁέθλοισι,  
Ἥμαρ ἐν ᾧ πονέεις πᾶν κέρδος ἀντιλογίζου.

*Sith all our Life in Danger doth remain,  
Do thou that labour'st count each Day for Gain.*

Disß Leben flucht durch Noth/ Gefahr und Furcht dahin;  
Drum halt dir jeden Tag / so folget / für Gewinn.

Hoe broos is 't leven! och, wat zyn 'er zorgen in!  
Schat daarom elken dag des levens voor gewin.

*Ta course étant peu sûre & de peines remplie;  
Regarde comme un gain chaque heure de ta Vie.*



VARIANS LECTIO. *Dubia incertis.* Erasmus aliiq̄ plures. *quicumque laboras.*

## FLOSCULI POETICI.

Optima quaeque **DIES** miseris mortalibus *aevi*  
 Prima fugit: Subeunt morbi, tristisque senectus,  
 Et labor & *durae rapis inclementia mortis.*

VIRGILIUS, *Libr. Georg. III. v. 66.*

Inter *spem curamque*, timores inter & iras,  
 Omnem crede **DIEM** tibi diluxisse *supremum.*

HORATIUS, *Libr. I. Epist. IV. v. 12.*

Quid sit futurum cras fuge quaerere: &  
 Quem fors **DIERUM** *cunq*ue dabit, **LUCRO APPONE.**

IDEM, *Carm. Libr. I. Od. IX. v. 13a.*

————— Ille potens sui  
 Laetusque deget, cui licet **IN DIEM**  
 Dixisse: **VIXI.** Cras *vel* atra  
 Nube polum Pater occupato,  
 Vel sole puro: non tamen irritum  
 Quodcunq; retro est, efficiet, neque.  
 Diffinget, infectumque reddet,  
 Quod fugiens semel hora vexit.

IDEM, *Libr. III. Od. XXIX. v. 41.*

*Vivo* velut *rapt*o, fugitivaque gaudia carpe:  
 Perdiderit nullum *vita* reversa **DIEM.**

MARTIAL. *Libr. VII. Epigr. XLVII. sub fin.*

Dum licet amplectar: numquam fortasse licebit  
 Amplius. **IN LUCRO est**, quae datur **HORA** *mibi.*

OVIDIUS, *Trist. Libr. I. Eleg. III. v. 67.*

Dum varios flexus, dum multiplices Labyrinthi  
 Conspicis errores, innumerasque vias:  
 Te **VITAE** humanae *cursum, seriemque laborum;*  
 Et tristes curas cernere, cuncta, puta.  
 Sic cum laetitiaque, metu, spe, cumque dolore  
 Optima quaeque **DIES**, & mala quaeque, fugit.  
 Flexibus ex illis quaeris, qui evadere possit?  
 Silva Academiae quem fovet, ille potest.

STABIUS, *Austriacus.*

Mors **CERTA** est, **INCERTA** **DIES**, hora agnita nulli:  
*Extremam* quare *quamlibet esse* puta.

ANONYM.

*laboras.* Vulgaris fere lectio; Utraque & in Edit. Paris. quicumque sequetur.  
 Arridebat aliquando Scaligero, quod etiam arripuit Opitius noster.

( XXXIV. )

VINCERE QUUM POSSIS, INTERDUM CEDE  
SODALI:

OBSEQUIO QUONIAM DULCES RETINENTUR  
AMICI,




Κῆν ἐπιδοξος ἔης νικᾶν, ὑπόεικε φίλῳ σοῦ·  
Τῆς γὰρ ὑπηρεσίας ἡδεῖς ἠτλῶνται ἑταῖροι.

*Yield to thy Friend, when thou canst him outvie;  
For Friends are won by fair Complacency.*

Gib unterweilen nach / kanst du gleich überwinden.  
Durch Folge kan man sich die Freunde sehr verbinden.

Wyk somtyds voor uw' Vriend, al kunt gy hem verwinnen :  
Gedienstigheid houd best aan een der Vrienden zinnen.

*Ne poursuivez jamais vos droits à-toute-outrance :  
L'on gagne des Amis par la Condescendance.*



VARIANS LECTIO. Vincere quum possis interdum; vince sodalem Obsequio 2  
Quo-

## FLOSCULI POETICI.

Turpe quidem contendere erat; sed *cedere visum*.

OVIDIUS, *Metam. Libr. V. v. 315.*  
sensu mutato.

Sit procul omne nefas: *ut amavis amabilis esto.*

IDEM, *Libr. II. de Arte am. v. 1078*

*Perfer & obdura: Postmodo mitis erit.*  
*Flectitur obsequio curvatus ab arbore ramus:*  
Franges; si vires experiere tuas.  
*Obsequio transnantur aquae: nec vincere possis*  
*Flumina; si contra, quam rapit unda, nates;*  
*Obsequium tigresque domat tumidosque leones.*  
Rustica paullatim taurus aratra subit.

EJUSDEM, v. 178.

*Cede repugnanti: cedendo victor abibis.*

*Ibid. v. 197.*

OBSEQUIUM AMICOS, veritas odium, *parit.*

TERENTIUS, *Andriae. Act. I. Scen. I. v. 42.*

*Sic vita erat, facile omnes perferre ac pati,*  
*Cum quibus erat cumque una, iis sese dedere;*  
*Eorum obsequi studiis; advorsus nemini:*  
Nunquam praeponens se illis: *Ita facillume*  
*Sine invidia laudem invenias, & amicos pares.*

*Ibid. paullo ante*

Utile Consilium, *teloque potentius omni:*

*Obsequio mentes flectere velle feras.*

L. DE MEYER, *Libr. III. de Irâ*

*Non furor aut rabies virtute potentior ulla est.*

ALCIATUS, *Emblem. CXXXVII. v. 2.*

Quod truculenta nequit, *frons haec praestabit amica:*

*Obsequium, non vis, pectora dura trahit.*

CATSIUS, *Ritu nuptiali.*

~~XXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXX~~  
~~XXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXX~~  
Quoniam haec dulces vincuntur amici. Al. vincuntur amici. Et dictu & factu  
paullo durius.

E

XXXV.



72 DIONYS. CATONIS DISTICH.

---

( XXXV. )

NE DUBITES, CUM MAGNA PETAS, INPENDERE  
PARVA;  
HIS ETENIM REBUS CONJUNGIT GRATIA  
CAROS.



Εἰ μεγάλ' αἰτίζεις, μὴ φείδῃς βατὰ χορηγεῖν.  
Ὡδὲ Χάρις τοῖςδεσσι φίλους δεσμοῖσι συνάπτει.

*Fear not small Things to give for further Ends:  
For Favour by this Means uniteth Friends.*

*Begehrest du grössere; so wage kleine Sachen:  
Durch diß kan sich ein Freund dem andern lieber machen.*

*Begeert ge iet groots, gy moet besteden kleine zaken.  
By Vrienden poogt een Vriend zich aangenaam te maken.*

*Pour un plus grand bienfait n'épargnons pas un moindre;  
Les Bienfaits mutuels servent à nous mieux joindre.*



VARIANS LECTIO. Non dubites. Paris. nov. Salmonis Abb. Al. No  
dubita. It. quum magna petis. Al. petes.

## FLOSCULI POETICI.

At si condoluit tentatum frigore corpus,  
 Aut alius casus lecto te affixit, habes qui  
 Adfideat, fomenta paret, medicum roget, ut te  
 Sulcitet ac reddat natis carisque propinquis.  
 Non uxor saluum te vult, non filius: Omnes  
 Vicini oderunt, noti, pueri atque puellae.  
 Miraris, *quum tu argento post omnia ponas,*  
 Si nemo praestet, quem non merearis, *amorem.*  
 At si cognatos, nullo natura labore  
 Quos tibi dat, *retinere velis, servareque amicos,*  
 Infelix operam perdas: ut, si quis asellum  
 In campo doceat parentem currere frenis.  
 Denique sit finis quaerendi: *quoque habeas plus,*  
 Pauperiem metuas minus, & finire laborem  
 Incipias, *parto, quod avebas.* — — —

HORATIUS, *Libr. I. Sat. I. v. 80.*

Extra fortunam est, quidquid donatur amicis.

*Quas dederis, solas semper habebis, opes.*

MARTIAL. *Libr. V. Epigr. XLII. f. fin.*

Jucundum & CARUM sterilis facit uxor AMICUM.

JUVENALIS, *Sat. V. v. 137.*

Turpe quidem dictu; sed si modo vera fatemur:

*Vulgus amicitias utilitate probat.*

OVIDIUS, *Libr. II. de Ponto, El. III. v. 7.*

Haud fecus est quoddam genus ad lucrosa paratum;

Quod petit, ac repetit; gratia nulla tamen.

SAMBUCUS, *p. 176. tit. Amicit. fordida.*

Ex opibus tantis cur nolim parte sodalem;

*Et notum cana jure levare fide?*

Heu stultos, qui se invisos fecere negando!

Magnus enim, qui dat, si capit inde nihil.

IDEM, *p. m. 49. tit. Divitiae inutiles.*

( XXXVI. )

LITEM INFERRE CAVE, CUM QUO TIBI  
GRATIA JUNCTA EST:

IRA ODIUM GENERAT. CONCORDIA  
NUTRIT AMOREM.



Νείκεα τῷ δ' ἐπάγειν, ὅς σοι φίλος ἐστὶ, φυλάσσου  
Ἐχθὸς ἔτιχ' ὀργή, φιλίης δ' ὁμόνοια τιθήνη.

*Forbear a Quarrel with a Friend to move:  
Anger breeds Hatred; Concord maintains Love.*

Mit dem du Freundschaft hast / erzeuge keinen Streit.  
Der Zorn gebietet Haß: Sunst kömte aus Einigkeit.

Met hertens-Vrienden myd van twisten zelfs 't begin:  
Want gramfchap teelt maar haat; en Eendragt voed de min.

*Le fruit d'une querelle est la Haine implacable:  
La Paix, du tendre Amour est la Nourrice aimable.*

VARIANS LECTIO. *Litem inferre cave; cum sit tibi gratia juncta. Sic  
edidit Parisiis Abb. Salmon.*

## FLOSCULI POETICI.

Dextera praecipue capit indulgentia mentes :

*Asperitas* ODIUM faevaue bella movet.

Odimus accipitrem, quia vivit semper in armis,

Et pavidum folitos in pecus ire lupos.

At caret infidiis hominum, quia *mitis hirundo est* :

Quasque colat, *turres Chaonis ales habet.*

*Este procul* LITES, & amarac proelia linguae.

Dulcibus est verbis mollis ALENDUS AMOR.

OVIDIUS, *Libr. II. de Arte am. v. 145.*

Illic depositis habitat CONCORDIA telis :

Illo crede mihi GRATIA nata loco est.

Quae modo pugnarunt, *jungunt sua rostra Columbae,*

Quarum blanditias verbaque murmur habet.

*Ibid. v. 463.*

Et coelo & terra *manibus cor utrinque tenetur* :

Externa nunquam quae dirimantur ope.

Est in AMICITIA *suavis* CONCORDIA rerum :

*Nec potis est fictos, aut violenta pati.*

SAMBUCUS, *Emblem. pag. m. 13. tit.*

Vera Amicitia.

*Loripidem* sublatum humeris fert lumine captus :

Et *socii haec oculis munera retribuit.*

Quo caret alteruter CONCORS sic praestat UTERQUE :

Mutuat *hic oculos; mutuatur ille pedes.*

ANDREAS ALCIATUS, *Emblem. CLX.*

Tres Charites Veneri *adsistunt*, dominamque sequuntur.

IDEM, ALCIATUS, *Emblem. CLXII. v. I.*

GRATIA AMICITIAS *glutinat; IRA fugat.*

LAUTERBACHIUS, *Part. III.*

*Biblioth. poet. Lorschis.*

( XXXVII. )

SERVORUM CULPIS QUUM TE DOLOR  
URGET IN IRAM,

IPSE TIBI MODERARE, TUIS UT PARCERE  
POSSIS.




Ἦν σέ ποί ἀμπλακίαι θεράπων προάγωσι πρὸς ὀργήν·  
τῆς ὀργῆς κρατέειν, τῶν οἰκείων ἵνα φείσῃ.

*When Servants faults provoke you to be wroth,  
So temper, as to strike them you seem loth.*

*Wann dich der Knechte Schuld mit Zorne heisset lobnen;  
So schone dich / damit du kanst der deinen schonen.*

*Als uwe gramschap ryft door uwer knegten schult;  
Bedwing u zelf, tot dat gy hen ook sparen zult.*

*Devez-vous, par raison, quelque-fois cbâtier;  
Gardez mesure en tout, sachez vous modérer.*



VARIANS LECTIO. *Servotum culpa. Servorum ob culpam.* Parisin. nov. &  
Scriver.

## FLOSCULI POETICI.

*Sceptra tenens, mollitque animos & temperat iras.*

VIRGILIUS, *Aeneid. I. v. 61.*

Adfit

*Regula, peccatis quae poenas irroget aequas:  
Ne scutica dignum horribili sectere flagello.*

HORATIUS, *Libr. I. Sat. III. v. 117.*

*Qui non moderabitur irae,  
Infectum volet esse, dolor quod suaserit & mens:  
Dum poenas odio per vim festinat inulto.  
IRA furor brevis est: ANIMUM REGE, qui nisi paret;  
Imperat: hunc frenis, hunc tu compeste catena.*

IDEM, *Libr. I. Ep. II. v. 59. citante  
etiam ad h. l. D. Arntz.*

*Quo quisque est major, magis est placabilis irae,  
Et faciles motus mens generosa capit.*

OVIDIUS, *Libr. III. Trist. El. V. v. 31.*

*Vince animos, iramque tuam, qui cetera vincis.*

IDEM, *Heroid. Ep. III. v. 85.*

*Est sapiens, irae qui moderatur, homo.*

LAUTERBACHIUS.

*Fortior est, qui se, quam qui fortissima vincit  
Moenia, nec virtus altius ire potest.*

J. B. MANTUANUS.

*Esto reis facilis: prodest favor ille duobus:  
IPSE TUI Victor, Victor & hostis eris.*

L. DE MEYER, *Libr. III. de Ira.*

*Aequior ad poenam, iudexque paratior ibis,  
Pectora cum coeco tota furore vacant.  
Grande morae pretium: justa pendentia lance  
Crimina supplicium, quod meruere, ferent.*

IDEM, & *ibid.*

Re ipsa repperi

*Facilitate nihil esse homini melius, neque clementia.*

TERENTIUS, *Adelph. Act. V.  
Scen. IV. v. 6.*

---

Scriver. Item Al. ob culpas. Al. urguat. & urguet Arntzen. in iras. Jansson  
it. al. q. t. d. urget, in ira, Ipse tibi m. t. u. p. p.

( XXXVIII. )

QUEM SUPERARE POTES, INTERDUM VINCE  
FERENDO:

MAXIMA ENIM MORUM SEMPER PATIENTIA  
VIRTUS.



Ὅν νικᾶν δύνασαι, τῇ καρτερίᾳ περιγίγνου  
Αἰεὶ καρτερὴν δ' ἀρετᾶν ἐς μέγιστον.

*Sometimes by Suffrance quell; when thou canst beat:  
Patience a Virtue is exceeding great.*

Schlag deinen Feind vielmehr mit Langmuth als mit Streiten.  
Die höchste Tugend ist Gedult / zu allen Zeiten.

Schoonge iemand overmocht, verwin hem liefst door lyden.  
Wat 's Deugd & Verdraagzaamheid der Zeden t'allen tyden.

*Certain de votre Droit, assez de Tolérance.  
Sur toutes les Vertus regne la Patience.*



VARIANS LECTIO. *In festum vince.* Mallet Cl. Cannegiterus, Rector  
Ainzonio teste: Sed interdum & semper sibi h. etiam l. pulcre opponuntur,  
ut

## FLOSCULI POETICI.

*Cedimus? An subitum luctando accendimus ignem?*

*Cedamus: Leve fit, quod bene fertur, onus.*

OVIDIUS, *Am. Libr. I. El. II. v. 9.*

*Dum furor in cursu est; currenti cede furori.*

*Difficiles aditus impetus omnis habet.*

*Stultus, ab obliquo qui cum discedere possit,*

*Pugnat in adversas ire natator aquas.*

IDEM, *de Remed. Libr. I. v. 119.*

*Fit victor patiens animus cedendo furori.*

*Insiste, VICTOR, hanc viam & re, & nomine.*

HADRIAN. JUNIUS, *Emblem. XLIX.*  
*ad Victorem Gifelinum.*

*Num decet irasci Regem, si morio verbis*

*Indignis illum petat? An contemnere praestat?*

*Numquid cum puero decus est pugnare Giganti?*

PALINGENIUS, *Scorpii v. 79.*

*Quocirca est solus liber, solusque profecto*

*Possidet arbitrium, Ratio quem sola gubernat,*

*Qui affectus omnes superat, fingitque premedo.*

*Ejusdem, v. 505.*

*Quam super adsistens PATIENTIA: VICIMUS, inquit,*  
*Militiam: Est, rabidas TOLERANDO extinguere vires.*

PRUDENTIUS, *Psychomach. Patientiae*  
*& Irae congressu v. 47. & 51.*

*Omnibus una comes virtutibus adsociatur,*

*Auxiliumque suum fortis PATIENTIA miscet.*

*Nulla anceps certamen init VIRTUTE sine ista*

*VIRTUS: Nam vidua est, quam non PATIENTIA firmat.*

*Ibid. sub fin. quorum ultimus jam*  
*a Barthio ad h. l. versus citatus.*

at deinde ultimo I. hujus L. Disticho. nonnunquam vince ferendo. Opitius.  
M. a. morum est semper p. v. Scriver. cum pluribus aliis. Sed Parisinus, uti  
nos.



( XXXIX. )

CONSERVA POTIUS, QUAE SUNT JAM PARTA  
LABORE:

QUUM LABOR IN DAMNO EST, CRESCIT  
MORTALIS EGESTAS.




Ἐνδουκίως ταμίευε, τὰπερ καμάτω πεπόρισαι  
Τὴν πενήνην κάματος γ', ὅταν ἦ δαπανηρὸς, ὀφέλλει.

*Keep what thou hast already got by Pains;  
Want will increase, when Labour makes no Gains.*

Erhalt' und samle dir/was du mit Müß' erworben:  
Dem Arbeit Schaden bringt/ wird arm und ist verdorben.

Bewaar het goedt, dat gy door arbeit hebt verworven:  
Als arbeit schade baert, dan zyt gy voort bedorven.

Conservez, s'il se peut, augmentez votre Bien.  
La peine est ruïneuse, où l'on n'avance rien.



VARIANS LECTIO. *Conserua potius quae jam sunt parta: Labore, Quum labor in damno est, crescit mortalis egestas.* Barthius ita, cui lectioni, prius

## FLOSCULI POETICI.

Non minor est virtus, quam quaerere, parva tueri:

Casus inest illic: hic erit artis opus.

OVIDIUS, d. Art. am. Libr. II. v. 13.

Plus est servasse repertum,  
Quam quaevisse novum

CLAUDIANUS, d. Laud. Stilic.  
Libr. II. v. 326.

Fortunam citius reperias, quam retineas.

P. SYRUS.

Qui homo mature quaevisit pecuniam,

Nisi eam mature parsit, mature esurit.

PLAUTUS, Curcul. Act. III. v. 10.

Tum denique homines nostra intelligimus bona;

Cum, quae in potestate habuimus, ea amisimus.

IDEM, Captiv. Act. I. Scen. II. v. 39.

Instructa inopia est, in divitiis cupiditas.

P. SYRUS.

Ploratur lacrimis amissa pecunia veris.

JUVENALIS, Sat. XIII. v. 134.

Multis res angusta domi: sed nulla pudorem

Paupertatis habet, nec se metitur ad illum,

Quem dedit haec posuitque modum: Tamen utile quid sit,

Prospiciunt aliquando viri, frigusque famemque,

Formica tandem quidam expavere magistra.

Prodiga non sentit pereuntem femina censum,

Ac velut, exhausta redivivus pullulet arca

Nummus, & e pleno tollatur semper acervo,


Non unquam reputat, quanti sibi gaudia constant.

IDEM, Sat. VI. v. 356.

rejeſtae, poſterioribus deinde cogitationibus adſtipulatur & noviffimus Edi-  
tor. Mortalis creſcit egeſta. Rarior. Sed per omnia conſentientem habemus it.  
Parifinum, Salmon.

( XL. )

DAPSILIS INTERDUM NOTIS, ET CARUS  
 AMICIS,  
 QUUM FUERIS FELIX, SEMPER TIBI PROXIMUS  
 ESTO.




Τοῖσι φίλοις καὶ ἑταῖσιν ἐπὶ φίλτιμος ἀκούσῃς,  
 Ὀλβιος εὐτυχέων, Σὺ δὲ φίλτερος ἴσθι σεαυτῶ.

*When thou dost thrive, and mak'st thy Friend good cheer,  
 Be still a Friend unto thyself most near.*

Wann du den Freunden was / mit milder Hand / verleihst;  
 So denke / daß du stets dein nächster Nachbar seiest.

Als ge uwe Vrienden en Bekenden ooit verblyd,  
 In Voorspoed, denk dat ge u altyd de naaste zyt.

*Régalez vos Amis, sans votre Préjudice:  
 Vous ruïner pour eux, est-il de la Justice?*



VARIANS LECTIO. Notis, charis & amicis. Al. & largus amicis. It. al.  
 & carus amicis. Quum fueris dando. Scal.

## FLOSCULI POETICI.

Ὅς πᾶς τις αὐτὸν τοῦ πάλαι μᾶλλον φιλεῖ. H. E.

Ut quisque *semet plus amico* diligit!

EURIPIDES, in *Medea*,

Heus! PROXIMUS SUM EGOMET MIHI.

TERENTIUS, *Andr. Act. IV.*  
*Scen. I. v. 12*

Verum illud verbum est, vulgo quod dici solet:

OMNES SIBI MALLE MELIUS ESSE, quam alteri.

*Ejusd. Act. II. Sc. V. v. 15.*

PROXIMUS ESTO TIBI, *vicinum, deinde iuvato*:

Sic potes alterna commoditate frui.

SAMBUCUS, *Embl. p. m. 97.*

*Ipse tuis rebus bene consule, deinde alienis*:

Utilis est nulli, qui sibi adesse nequit.

BADIUS ASCENSIUS.

Esto memor CARO semper *prodesse* SODALI,

Ut tibi non noceat *praestita amicitia*.

Sic *utare*, tuis *egeas ne* rebus, *amicis*;

Sarcina namque humeris sola ferenda tuis.

OWENUS, *Etim. II. Epigr. XXXII.*

Nempe Deo est similis *vir* DAPSILIS atque *benignus*.

PALINGENIUS, *Cant. v. 65t.*

Divitias hic finis habet: *prodesse* tenemur  
*Omnibus*, at nostris potius. Natura creavit  
Nos, non ut solum *nobis*, *nostrisque propinquis*,  
Ast aliis etiam, *quum possumus*, emolumento  
Simus. Quid, quaeso, praeclarius, atque deorum  
Dignius est folio, auxilium quam ferre ruenti,  
Tradere pauperibus victum miserisque mederi?  
Sic nos turba colit, sic famam acquirimus: atque  
Ad superos multi, per talia facta, volarunt.

1 D. PALINGEN. *Tauro v. 53t.* Vid. statim  
& Libr. II. Dist. I.

## F L O S C. P O E T. R E L.

Hoc tibi sit argumentum semper in promptu situm:  
*Ne quid expectes amicos, facere quod per te queas.*

ENNIUS, ap. Gellium.

D. Nostrapte culpa facimus, ut malos expediat esse,  
*Dum nimium dici nos bonos studemus, & benignos.*

ITA FUGIAS, NE PRAETER CASAM, quod ajunt.  
 Nonne id fat erat,

Accipere ab illo injuriam? *Etiam argentum est ultro objectum:*  
 Ut sit, qui vivat, dum aliud aliquid flagitii conficiat.

G. Planissime. D. *Iis nunc praemium est, qui recta prava faciunt.*

G. Verissime. D. *Ut stultissime quidem illi rem gesserimus.*  
 T E R E N T I U S, *Phorm. Act. V. Scen II. init.*

*Paule, omnes deamas, redamat te, Paule, nec ullus.*

Miraris, fieri id qua ratione queat?

*Nempe ideo, cunctos quod ames, discrimine nullo,*

*Haec ratio est, cur te nullus amicus amet.*

Odero vis igitur cunctos? Male colligis istuc.

Nec te odisse velim: sed nec amare veto.

Quidnam igitur suades, ut amer? Sic suadeo: *Nullum*

*Oderis; ast unum, Paule, ut ameris, ama.*

G. BUCHANANUS, *Epigr. Libr. I. p. 346.*  
*Edit. postrem. Elsev. 1676.*

*Dives eras, & amator eras: nunc pauper, amore*

*Es liber, praesens o medicina, fames!*

*Qui te delicias, fidumque vocabat Orestem,*

*Demophile, nomen nunc rogat ille tuum:*

*Qui genus? Unde domo? Jam te docet usus, opinor,*

*Quod, cui res deerit, nullus amicus erit.*

I D E M, p. 347. e *Graeco Philodemi*, paullo  
 inmutatum, uti & superius.

FINIS LIBRI PRIMI,

*DIONYSII CATONIS*  
**DISTICHA**

*DE*

**MORIBUS AD FILIUM,**

*POËTICIS ADORNATA*

**FLOSCULIS.**



**LIBER II.**

---

## EXPLANATIO PICTURAE POËTICA.

*Nunc juvenis, nunc fortis (\*) ades, nunc vincere regna (a)*  
*Dignus, & indomita monstra netare manu!*  
*Ira (b), cupido (c), metus (d), peccata latentia (e), luxus (f),*  
*Rixa (g), superstitio (h); sunt ea monstra: Feri!*  
*Fortiter (\*) illa feri; nec parce voracibus istis*  
*Harpyis: Carnes rodere & ossa solent.*  
*Bellerophonta refer, vel Jasona, fortibus ausis;*  
*Viribus Alciden; moribus Hippolytum.*  
*Sed fuge Maeandros, vitae effuge tu Labyrinthos;*  
*Neve negata tibi (i), neu nimis alta, pete (l).*  
*Teque Ariadnaeum, Vitae prudentia, filum (aa)*  
*Mille per anfractus incolumem expediet.*  
*Utere (m), sed modicis, ne sis tibi causa doloris (n);*  
*Sperne voluptates (o); Sit tua cura, Salus (p).*  
*Spem retine (q); oblatam cape rem (r); nil ferto moleste (s):*  
*Haec committe bonis (t); ista relinque DEO (u).*  
*Sic tuba de coelo reboat: VITARE MEMENTO (x)!*  
*Hoc age (y); Noli illud (z); Prospice (aa); Cede (bb);*  
**CAVE (cc).**


---

(a) Dist. I. (b) IV. (c) XXVIII (d) III. (e) VIII. (f) XIX. (g) XI.  
 & XV. (h) XII. & XXXI. (\*) XIV & XXV. (i) VI. (l) II. (m) XVII.  
 (n) & (p) XXX. (o) XXI. (p) XXII. (q) XXV. (r) XXVI. (s) XVIII.  
 (t) XXII. (u) XII. (x) XIII. & XIX. (y) V & XXVI. &c. (z) V.  
 XVI. XX. &c. (aa) XXIV. it. VII. & XVIII. (bb) X. (cc) XXVII. & XXIX.



Utilius regno \* quod primum est, cura salutis. 3







## P R A E F A T I O.

TELLURIS SI FORTE VELIS COGNOSCERE  
CULTUS,

VIRGILIUM LEGITO. QUOD SI MAGE NOSSE  
LABORAS

HERBARUM VIRES. MACER HAS TIBI  
CARMINE DICET

(CORPORIS UTCUNCTOS POSSIS DEPELLERE  
MORBOS).

SI ROMANA CUPIS ET CIVICA NOSCERE  
BELLA,

LUCANUM QUÆRAS, QUI MARTIS PRAELIA  
DIXIT.

SI QUID AMARE LIBET, VEL DISCERE AMARE,  
LEGENDO,

NASONEM PETITO. SIN AUTEM CURA TIBI  
HAEC EST,

UT SAPIENS VIVAS, AUDI QUÆ DISCERE  
POSSIS;

PER QUÆ SEMOTUM VITIIS DEDUCITUR  
ÆVUM.

ERGO ADES: ET, QUÆ SIT SAPIENTIA,  
DISCE LEGENDO.

---

VARIANS LECTIO. v. 2. *Vergilium l. Ibid. labores. Scriber. v. 3. Macer*  
*tibi c. dicis. v. 4. totus suspectus est v. 5. & Punica noscere bella. v. 6. quæ*  
F 4 *Mar-*

Ἔργα γεωπονίης εἴ σ' εἰδέναι ἡμερος αἰρεῖ,  
 Ἴργίλιον δίζευ. Βοτανῶν δὲ δαήμεναι ἀκμάς  
 εἰ ποθέεις, ταύτας Μάκρου κλείουσιν αἰοδαί,  
 Ὄσκει δύναιο νόσον μελέων ἀπὸ πᾶσαν ἀμῦναι  
 εἰ δ' ἐβέλεις Ρώμης, ἐμφύλους τ' ἴδμεν ἀγῶνας,  
 Λουκανὸν ζήτησον, ὃς Ἄρεος εἶπεν ἀεθλους.  
 εἰ δὴ ἔρᾶν καὶ ἔρωτι μαθητεύειν προβεβουλας,  
 Νάσωνος πᾶρα ταῦτα μάθοις. εἰ δ' αὐτὸ μεριμνᾶς.  
 Πῶς σοφὸς ὦν διάγοις, κλύθι μοῦ, ἵνα ταῦτα διδάχῃς  
 Πάντα, δι' ὧν ζῶν κακίης δίχα πᾶσαν αἰύσσης  
 Δεῦρ' ἄρα, καὶ τί πέλλει σοφίη μαῖε νῦν, τὰδ' ἀναγνοῦς.

*If thou per chance would'st learn the Ground to till,  
 Read Virgil; but if you desire good Skill  
 In Herbals, Macer them in Verse will show;  
 If Roman Wars or Punic you would know,  
 Lucan peruse, who tells you all those Fights.  
 If you delight in Love, and wanton Sights,  
 Run Ovid o'er. But, if your Mind be set:  
 Above all worldly Things Wisdom to get,  
 Hear, and attend, that you may better note,  
 How one may lead a Life from Vice remote.  
 Then come, and (lest you go too far amiss)  
 Learn here by reading what true Wisdom is.*

Hast du den Ackerbau zu wissen Lieb' und Lust;  
 So liese den Virgil. Sol dir dann seyn bewußt  
 Der Kräuter Saft und Kraft / das wird dir Macer sagen.  
 Wann dir der Römer Streit und Bürger-Krieg behagen;  
 So suche den LuKan / der schreibt von Schlachten viel.  
 Wer Lieben und die Lieb' aus Büchern lernen will /  
 Dem giebet Naso Rath. Wer aber Klugheit achtet /  
 Und aussert Lastern hier zu leben eifrig trachtet /  
 Der nehme meine Lehr' und gute Warnung ein.  
 So komm / und lerne nun aus Lesen weise seyn!

*Martia pr. d. Barth. v. 7. Si quid amare velis. it. voles Scrv. Al. vel discere amara legendo. v. 8. Sin autem haec est tibi cura. v. 9. Audi quo d. p. v. 10. traducitur aevum. Scrv. & pleraeque Editt.*

Wilt

Wilt gy by avontuur den aart des Landbous weten,  
 Zo lees Virgilius, den Koning der Poëten.  
 Maar lokt de kennis u van bloem en kruidery,  
 Die 't lichaam strekken zal tot heilzame Artseny,  
 En rekken verder uit den draat van 't brooze leven,  
 Daar van zal Macer u volkome kennis geven.  
 Maar wilt gy weten, hoe oud Rome heeft gewoedt,  
 En stroomen heeft geplengt van 't Burgerlyke bloet,  
 Zo luister naar Lukaan en zyne Krygsgezangen.  
 Maar heeft de Brant der liefde uw teder hart bevangen,  
 En wilt gy weten wat de kunst is van de min,  
 Dat zal Ovidius u zeggen naar uw' zin.  
 Doch wilt gy liever u gelegen laten leggen  
 Aan 't stuk der Wysheit, hoor wat ik u hier zal zeggen.  
 Zoo kleeft geen ondeugt op uw hart zoo lang gy leeft.  
 Kom herwaart dan, en zie wat u de Wysheid geeft.

*Pour sçavoir les travaux de la race servile,  
 Toute l'Agriculture; allez lire VIRGILE.  
 Ignorez-vous l'effèt, que chaque herbe produit?  
 Amplement dans ses vers MACER vous le déduit.  
 Du sang de ses Enfans Rome teinte & fumante?  
 Consultez de LUCAIN la Muse foudroyante.  
 Si quelqu'un veut glâner au champ de Cupidon;  
 Qu'il prenne pour Auteur l'ingénieux NASON.  
 Mais qui de la Sageffe aime les traits intimes,  
 Qui veut & s'afranchir des Remords & des Crimes;  
 Qu'il vienne en pratiquant s'imprimer CES MAXIMES.*

VARIANS. LECTIO. VS. I & 2. Gall. lege, si mavis, hoc modo:

*Si vous voulez connoître à fond l'Agriculture,  
 Voyez-en dans Virgile une exacte peinture.*

VS. 8. *Qu'il prenne*] Non suadet, sed dicit quasi: si quis desipere vult, desipiat. Ut Terentianus ille pater: Habeat, valeat, vivat cum illa.

VS. II. *En pratiquant s'imprimer*] Aut potius: exprimer, factis exprimat & vita sua. Nisi cui forte magis arriserit: *Souscrire à ces Maximes.*

90 DIONYS. CATONIS DISTICH.

---

( I. )

SI POTES, IGNOTIS ETIAM PRODESSE  
MEMENTO.

UTILIUS REGNO EST, MERITIS ADQUIRERE  
AMICOS.



Εἰ δύνασαι, σπεῦσον καὶ τοὺς ἀγνώστους ὀφείλλειν  
Κέρδιόν ἐστι Φίλους περιποιεῖσθ', ἢ βασιλεύειν.


*Help Strangers what thou canst; for Friends to gain,  
By due Deserts, is better than to reign.*

*Auch Fremden / wo du kannst / thu Beystand und Gemühen:  
Es nuzt mehr / als ein Reich / durch Gutthat Freunde kriegen.*

*Verplicht ook Vremden door gediensfigheid met oordeel.  
Meer dan een wingewest, brengt Vrienden winnen, voordeel.*

*Cherchez à procurer de plusieurs l'Avantage:  
Nul Royaume n'apporte un plus sûr apanage. Ou:*

*Comprends dans tes bienfaits jusqu'à l'étranger même:  
Augmenter ses Amis, vaut mieux qu'un Diadème.*



VARIANS LECTIO. *Utilius regno, meritis a. a.* Quidam recentiores,  
quos inter & Parisinus, f. Abb. Salmon,

FLOSCULI POETICI.

Hic non divitias nigrantibus abdidit antris,  
 Nec tenebris damnavit opes: Sed largior imbre  
*Sueverat innumeras hominum ditare catervas.*  
 Quippe velut densos currentia munera nimbos  
 Cernere semper erat: populis undare Penates;  
 Assiduos intrare inopes; remeare beatos.  
 Praecepta illa manus fluvios superabat Iberos;  
 Aurea dona vomens.

CLAUDIANUS in Consul. Prohini, v. 42.

Non, mihi centenis resonent si vocibus ora,  
 Multifidusque ruat centum per pectora Phoebus,  
*Acta Probi narrare queam, quot in ordine gentes*  
 Rexerit.

IDEM, *ibid.* v. 55.

At (Sallustius) hic si  
 Qua res, qua ratio suaderet, quaque modeste  
 Munificum esse licet, vellet bonus atque benignus  
 Esse: *Daret quantum satis esset, nec sibi damno*  
 Dedecorique foret.

HORATIUS, *Serm. Libr. I. Sat. II. v. 49.*

Nullus argento color est, avaris  
 Abditae terris inimice laminae,  
 Crispe Sallusti, *nisi temperato* Splendeat usu.

IDEM, *Libr. II. Od. II. v. 2.*

Aurea quid profunt, si non pandantur in usum,  
 Atque ferant miseris subsidiumque malis?  
 Non ego delicias reputo, nec munera rara,  
 Condita sint, imis si lateantque locis.

J. SAMBUCUS, *Emblematum p. m. 49.*  
*Conf. & tit. Dum vivo, profum. pag. 145.*

In bono hospite atque amico *quaestus est quod (in-) sumitur.*

PLAUTUS, *Mil. glor. Act. III. Scen. I. v. 80.*

Frugi convenit esse hominem, pectus cui sapit.

IDEM, *Bacchid. Act. IV. Scen. IV. v. 12.*

Naturae humanae nil aptius, & nihil ipso  
 Dignius est homine, ut perhibet schola docta Sophorum;  
 Quam prodesse homini, & socio succurrere lapso.  
 At nunc, o mores! o tristia tempora! profus  
 Extincta est pietas.

PALINGERN. *Tauro, v. 540. post citata*  
*ad superius Dist.*

92 DIONYS. CATONIS DISTICH.

---

( II. )

MITTE ARCANA DEI, COELUMQUE INQUIRERE  
QUID SIT :

QUUM SIS MORTALIS, QUAE SUNT MORTALIA,  
CURA.




Λεῖπε Θεοῦ τ' ἄρρητα, τί τ' οὐρανός ἐστιν, ἐρευνᾶν  
Θνητὸς ἔων, θνητοῖσι μεμηλότα ἔργα μερίμνα.

*God's Secrets, and what Heav'n is, to enquire  
Forbear; being mortal, mortal Things desire.*

*Laß seyn was Himmel sey / was Gott daselbst beginnt:  
Schau an / was sterblich ist; dieweil wir sterblich sind.*

*T'ree niet in 't Hemelsch, niet in Godts geheimenis.  
Dewyl gy sterflyk zyt, zorg voor dat sterflyk is.*

*N'ouvrons point sur le Ciel un oeil trop téméraire.  
Dévoués à la mort, la terre est notre Sphère.*



VARIANS LECTIO. M. a. D. c. i. q. f. An dii sint, coelumque rogans,  
ne quaere doceri. Referente ex Conlationibus Codd. Doctiss. Arntzenio.

## FLOSCULI POETICI.

Εἰ θνητὸς εἶ, βέλτιστε, θνητὰ καὶ φρονεῖ.

MENANDER, quem nos ita Latinum esse  
jubemus, consentientem Nostro:

MORTALIS ES: MORTALIUM CURAS gere.

— *Quid aeternis minorem  
Consiliis animum fatigas?*

HORATIUS, *Libr. II. Od. XI. v. II.*

CURENT MORTALES, QUAE SUNT MORTALIA: MITTANT,  
Quae Superum: Ne, si contendant altius aequo  
Scandere, praecipitent potius moveantque cachinnum.  
Ut, si forte velit summa de rupe volare  
Bos gravis, aut asinus citharam pulsare canoram.

PALINGEN. *Virgin. v. 587.*

Hic situs est *Phaëthon*, currus auriga paterni,  
Quem si non tenuit; *magnis tamen excidit ausis.*

OVIDIUS, *Metam. Libr. II. v. 317.*

Dum *petit infirmis nimium sublimia pennis  
Icarus*, *Icarias nomine fecit aquas.*

IDEM, *Trist. Libr. I. Eleg. I. v. 89.*

Nam *secreta Dei quis novit?* Quis fuit unquam  
In coelo, rediitque iterum, potuitque referre?  
*Non tanti est mortale genus:* mens nostra labascit  
In rebus summis, nec spectat noctua solem.

*Qui supra, MARCELLUS PALING. Librae v. 514.  
Concordans cum Paullino, Rom. XI. 34 Cui nos alterum  
subjungimus Choriambico inclusum, dictum pariter  
Paullinum:*

NOLI ALTUM SAPERE, HEU! SED POTIUS TIME.

*Rom. XI. 20. Lemma quondam Rob. Stephani.*

Nam sperare Deum penitus cognoscere, nulli  
*Ras hominum, coelis obita nisi morte recepto.*

MICH. HOSPITALIUS, *Libr. I. Epist. ad  
Claud. Espens. p. 33. Edit. Amstelad. a. 1732.*



( III. )

LINQUE METUM LETI: NAM STULTUM EST,  
TEMPORE IN OMNI

DUM MORTEM METUAS, AMITTERE GAUDIA  
VITAE.




Ἐπίτε φόβον θανάτου· τὸ γὰρ ἀφραδὲς ἐστίν, ἀλήκτως  
Μοῖραν ὑποπτεύοντα, βίου θέλγητρα προέσθαι.

*Leave fearing Death; for it is found in thee,  
Througb fearing Death, not one good Day to see.*

*Thu Todes-Furcht hinweg: Begehr' ihn nicht zu wissen:  
Man kan / bey Todes-angst / des lebens nicht genieffen.*

*Vrees voor den Doot niet: gy maakt u de vreugde quyt  
Des levens, als gy voor den doot vreeft t'allen tyd.*

*Ne craignez point la Mort: C'est excès de folie:  
En la craignant toujours, d'empoisonner sa Vie.*



VARIANS LECTIO, *Dum mortem metuis, amittis g. v. Al. amittat.*  
Forte

## FLOSCULI POETICI,

*Districtus ensis cui super impia  
Cervice pendet, non Sicalae dapes  
Dulcem elaborabunt saporem;  
Non avium citharaeque cantus  
Somnum reducent.* — — —

HORATIUS, *Libr. II. Od. I. v. 17.*

Is demum vere *vivit*, qui mente serena  
Et nitido *laetos* exigit ore dies.  
At qui perpetuis *torquet se* angoribus, hunc non  
*Vivere*; sed *lenta* morte perire, puto.

M. A. MURETI *Epigramma.*

*Dum* mortem vitare *studet*, vitamque tueri,  
Se *toto* vitae tempore *torquet*, homo:  
Bruta bonis fruitur praesentis bestia vitae;  
Dum *vivit*, *vivit*; cum *moritur*, *moritur*.

OWENUS, *Libr. II. ad G. Sidley Epigr. XLIV.*

Si non *laetaris* *vivens*, laetabere numquam.

PALING. *Gemin. v. 170.*

— — — Dum fata sinunt,  
*Vivite laeti*: Properat cursu  
Vita citato, volucrique die  
Rota praecipitis vertitur anni.  
Durae peragunt pensa sorores,  
Nec Iva retro fila revolvunt.  
At *gens hominum fertur rapidis*  
*Obvia* *fatis*, incerta sui:  
Stygias ultro quaerimus undas.]

SENECA *Hercul. fur. Act. I. v. 176.*

Quid tantos juvat excitare motus,  
Et propria fatum sollicitare manu?  
Si *mortem* *petitis*, *propinquat ipsa*  
Sponte sua, volucres nec remoratur equos.

BOETHIUS, *consol. Phil. Libr. IV. Metr. IV. v. 1.*

---

Forte erar: *mortem metuens amittis*. Parisino & Cl. Arntzenio se probavit:  
*Dum mortem metuis, amittere*. Quod nos minus probamus.

( IV. )

IRATUS, DE RE INCERTA CONTENDERE  
NOLI:

IMPEDIT IRA ANIMUM, NE POSSIT CERNERE  
VERUM.



Ἀμφίβολον διὰ πρᾶγμα χολωσάμενος μὴ ἔριζε  
Θυμὸς ἐπιπροσθεῖ τῷ νῷ τοῦτ' ἀτρεκέεσ ἀδρεῖν·


*Strive not, being angry, where a Doubt may be;  
Wrath keeps the Mind, that Truth it cannot see.*

*Im Zorne streite nicht / was recht und unrecht sey:  
Dem Zorne wohnt kein Maasß und Glanz der Wahrheit bey.*

*Twist om 't onzek're niet, door gramschap opgewekt:  
De gramschap maakt dat u de Waarheid blyft bedekt.*

*Ne vous emportez point à disputer en vain:  
Dès que l'Esprit se trouble, il devient incertain. Ou bien:*

*Sur un Sujet douteux évite la colere:  
Par elle, en ton Esprit, le Vrai perd sa lumiere.*



VARIANS LECTIO. *Incerta iratus de re c. n.* Ita verborum ordinem  
inmutavit Wachius, recte propter ea ab Arntzen. notatus. *Impedit ira animum,*

FLOSCULI POETICI.

Me miserum, *vix sum compos animi, ita ardeo iracundia.*  
TERENTIUS, *Adelph. Act. III. Scen. II. v. 12.*

IRA, FUROR brevis est: ANIMUM rege. Qui, nisi paret,  
 Imperat: Hunc frenis, hunc tu compesce catena.  
HORATIUS, *Libr. I. Ep. II. v. 62.*

Ille monet: Ne frena *animo* per mitte *calenti.*  
*Da Spatium, tenuemque moram: male cuncta ministrat*  
*Impetus.* Hoc, oro, munus concede parenti.  
STATIUS, *Thebaid. Libr. X. v. 703.*

Nunc face supposita *fervescit sanguis, & ira*  
*Scintillant oculi:* Dicisque, *facisque, quod ipse*  
*Non sani esse hominis, non sanus juret Orestes.*  
PERSIUS, *Sat. III. v. 116.*

*Ira adeo mentem confundit, ut, ebria bile*  
*Ferventi, nequeat dignoscere, quid sit agendum,*  
*Judicii que expers scelerumque per avia tendat.*  
 Mox dolor atque pudor facta inconsulta sequuntur:  
PALINGENIUS, *Sagittar. v. 956.*

Confilium praeceps sequitur plerumque ruina:  
 IRA quoque est valde NOXIA CONSILIO.  
OWENUS, *Ethic. II. Epigr. XXXIV.*  
*E veter. Sap.*

*Qui temere & praeceps rabidas exarsit in iras;*  
*Excedet semper limina justitiae.*  
Ibid. *Epigr. IV.*

Nescit obesse suis furor hostibus: Errat ab ictu  
 Consilii que inpos in sua damna ruit.  
ANDREAS ALCIATUS, *Emblem. CLXXV. tit.*  
*Infani gladius.*

IRA ANIMAE MORS EST. IRAM FUGE. MITTE FUREM,  
 NE MALE, COMMOTUS, TU QUOQUE FORSAN AGAS.  
EOBANUS HESSUS.

---

*ne possis cernere verum. Pauciores habent, quos secutus tamen videtur esse*  
 Scriverius.

( V. )

FAC SUMTUM PROPERE, QUUM RES DESIDERAT  
IPSA:

DANDUM ETENIM EST ALIQUID, QUUM TEMPUS  
POSTULAT AUT RES.




Λύτিকা δὴ δαπάνησον, ὅταν τὰ πράγματ' ἀπαιτῇ·  
Δεῖ κατὰ τὸ χρεῖος, καὶ τὸν καιρὸν τι χορηγεῖν.

*Slack not to spend, when a just Cause desires:  
We must be somewhat free, when Time requires.*

Du solt dich / wo es Noth / zü geben bald befeissen:  
Wer geben will / der giebt / wann Sach' und Zeit es heissen.

Doe vaardig kosten, als de Nood en Billykheid  
En zelfs de zaak het eischt, naar tyds gelegenheid.

*Lorsque le tems l'exige, ou bien la circonstance,  
N'hésitez point, à faire une bonnête Dépense.*



VARIANS LECTIO. *Fac sumptum prompte.* Vult Erasmus *Fac sumptum  
propere.* Mallet, quam istud, Arntzenius. *Fac sumtum, propere cum res de-  
siderat.*

FLOSCULI POETICI.

Auceps quando concinnavit aream, offundit cibum.

Aves affuescunt. *Neceſſe eſt FACERE SUMTUM, qui  
quaerit lucrum:*

Saepe edunt: ſemel ſi ſunt captae, rem ſolvunt aucupi.

PLAUTUS, *Aſinar. Act. I. Sc. III. v. 64.*

Non ego omnino lucrum omne eſſe utile homini exiſtimo.

Scio ego, multos jam lucrum luculentos homines reddidit.

*Eſt etiam, ubi profecto damnum praeflet facere, quam lucrum.*

Odi ego aurum: multa multis ſaepe ſuaſit perperam.

IDEM, *Captiv. Act. II. Scen. II. v. 75.*

*Pecuniam IN LOCO negligere, maximum interdum eſt lucrum,*

TERENTIUS, *Adelph. Act. II. Scen. II. v. 8.*

Prodigus & ſtultus *donat*, quae ſpernit & odit:

Haec ſeges ingratos tulit & feret omnibus annis,

*Vir bonus & ſapiens dignis* ait eſſe paratum,

Nec tamen ignorat, quid diſtent aera lupinis.

HORATIUS, *Libr. I. Epist. VII. v. 29.*

Crede mihi, *Res eſt ingenioſa, dare.*

OVIDIUS, *Libr. I. Am. El. VIII. v. 62.*

*Heu ſultos, qui ſe inviſos fecere negando!*

Magnus enim, qui dat, ſi capit inde nihil.

SAMBUCUS, *Embl. tit. Divitiae inutiles,*  
*p. 49. v. 9.*

*Munera qui mittit, ſperat majora remitti:*

*Nemo ſuas gratis perdere vellet opes.*

OWENUS, *Ethic. I. Epigr. LXXXVIII.*

*ſiderat, ipſi. Ita legunt cum Barthio, Almelovenius, citante Arutz. Tardan-  
dum eſt, aliud cum t. p. a. r. Ingenioſe magis, quam vere, Amtzenius, quod  
ipſe noviffime Veritati dedit, Al. Dum tempus poſtulat aut res.*

100 DIONYS. CATONIS DISTICH.

---

( VI. )

QUOD NIMIUM EST FUGITO : PARVO GAUDERE  
MEMENTO:

TUTA MAGIS EST PUPPIS, MODICO QUAE  
FLUMINE FERTUR.




Τοῦ μὲν ἄγαν ἀπέχου· Τῶν δ' αὖ μετρίων ἐπιθύμει·  
Ἐν βαιῶν ποταμῶν γὰρ ἀκινδυνώτερος ὁ πλοῦς.

*Rejoice in little, shun what is extream:  
The Ship rides safest in a little Stream.*

*Was gar zu viel ist / fleuch: laß wenig dir gefallen:  
Diel sich'rer kan ein Schiff auf kleinem Wasser wallen.*

*Te veel is quadt; genoeg zy dat wat gy geniet.  
Een Schip vaert veiligst door een' niet te sterken vliet.*

*En tout, fuyez l'Excès, que le peu vous contente:  
La nacelle aux ruisseaux, ne craint point la Tourmente.*



VARIANS LECTIO. Q. n. e. f., paucō gaudere m. Editio nuperrima  
Parisiensis, Regiūs dicata Virginibus, ab Abbat. Salmon. *Tuta magis puppis,*  
disco

## FLOSCULI POETICI.

Rectius *vives*, Licini, *neque altum*  
Semper *urgendo*: *neque*, dum *procellas*  
Cautus horrefcis, *nimum premendo* *Littus iniquum*;  
Auream *quisquis mediocritatem*  
*Diligit, tutus.* — — —

HORATIUS, *Libr. II. Od. X. v. l.*

Adprime id in vita utile, ut NE QUID NIMIS.

TERENTIUS, *Andr. Act. I. Sc. I. v. 34.*

Scilicet *extremis* longe *mediocria praestant*.  
*Infima calcantur, summa repente ruunt.*

THOM. MORUS.

Est summos *satias*; *habet, esurientibus imis*,  
Quos *saturet, medium: MEDIUM TENUERE BEATI.*

Parodia TAUBMANNIANA.

— — — Quidquid in altum  
Fortuna tulit, ruitura levat.  
*Modicis rebus longius aevum est.*  
*Felix mediae quisquis turbae Sorte beatus*,  
*Aura stringit littora tuta*;  
Timidusque, mari credere CYMBAM,  
REMO TERRAS PROPIORE LEGIT.

SENECA, *Agamemn. v. 109.*

Quo quisque est *major*, *majora pericula vitae*  
*Sustinet; In parva est vita beata domo.*

POSTHIUS.

*Felix*, qui didicit CONTENTUS VIVERE PARVO.

PALINGEN. *Tauri v. 474.*

„ Optio si detur fortis mihi, *Femina princeps*  
Dicebat, *media vivere sorte velim.*  
„ Si nequeam *media*; tum *dura vivere malim*,  
„ *Quam nimia rerum prosperitate frui.*  
Egregium sane dictum; ratioque perinde  
Egregia, & clara Principe digna fuit:  
„ *Non desunt miseris solatia*, dixit, at ILLUM,  
„ QUI NIMIS EST FELIX, MENS BONA saepe FUGIT.

ANTHOLOGIA SACRA.

~~REPERIUNTUR IN VARIIS LIBRARIIS~~  
dico q. f. f. Rationes. Reliqua ad h. D. notata, vitia potius describentium,  
quam digna notatu lectionis sunt varietas.



102 DIONYS. CATONIS DISTICH.

---

( VII. )

QUOD PUDEAT, SOCIOS PRUDENS CELARE  
MEMENTO:

NE PLURES CULPENT ID, QUOD TIBI DISPLICET  
UNI.



Ἐν αἰδῶς σ' αἰρεῖ, τάδε μὴ κοῖνωσον ἑταίροις·  
Μὴ πλείονες μέμψονται ἔπερ μόνω οὐ σοὶ ἀρέσκει.

*With what thou art ashamed disclose to none,  
Lest many blame what thou dislikest alone.*

Was Scham und Schande bringt / verbirg mit klugen Sinnen;  
Um nicht / zu eigner Schand / auch Vorwurf zu gewinnen.

Waar over gy u schaamt, zeg dat aan Vrienden niet:  
Want waar toe diende u nog verwyf, tot uw verdriet?

*Ce qui vous est honteux, dérobez-le à vos Proches:  
A votre Déplaisir se joindroient leurs Reproches.*

---

VARIANS LECTIO. Quod pudeat socios, prudens celare mem. Nec plures  
culpant, id quod s. d. u. Sed quae ita distinguant, teste probatissimo, Arntzenio,  
sunt.

## FLOSCULI POETICI.

Quis furor est, quae nocte latent, in luce fateri;  
Et quae clam facias, facta referre palam?

OVIDIUS, *Am. Libr. III. Et. XIV. v. 7.*

Tu tua prostitues famae peccata sinistrae,  
Commisisti perages indiciumque tui.  
Sit tibi mens melior. —————

*Ibid. v. II.*

Alium filere quod voles, *primus file.*

SENECA, *Hippolyt. v. 873.*

Esto multorum, *soli tibi notus*, amicus:  
Et quod vis alios ipse filere, *file.*

JO. AUDOENUS, *sive OWENUS, Appendic. Epigr. III. tit. Regula vitae*

Quod si arcana suo quisquam commisit amico,  
Hunc metuat, ne quando fides frangatur, oportet:  
Ne quando infensus, mutata mente, revelet,  
Quod prius in cordis penetralibus occultabat.  
Ergo, si liber vis esse, & vivere tutus,  
NON ULLI CREDAS, QUOD TU CLAM FECERIS: & sic  
Semper amicum habeas, dum durat foedus, ut ipsum  
Posses putes hostem fieri, quod saepe videtur.  
Nam, qui semper ament, nostro sunt tempore rari.

PALINGENIUS, *Cancr. v. 400.*

Si tibi quid caris pudor est exponere amicis;  
Rem finge alterius, quando refertur, agi.  
Sic simul, illorum quae sit sententia, discas,  
Nec reteges animum fronte rubente tuum.

MEYERUS.

—————  
sunt, inquit ille, paucissimae. Vide tamen, de priore versu ita distinguendo,  
Histor. nostr. Criticam.

( VIII. )

NOLO PUTES, PRAVOS HOMINES PECCATA  
LUCRARI:

TEMPORIBUS PECCATA LATENT , SED TEMPORE  
PARENT,



Τοὺς ἀλιτροὺς μὴ εἶναι ἀλιτροσυνοῶν τι ὄνασθαι.  
Πταισµατα τῶ τε χρόνῳ ἐλάθοντο, χρόνῳ τ' ἐφάνησαν.

*Conceit not that bad Men their Sins do gain:  
For Sins are sometimes hid, and sometimes plain.*

Nicht denk' es sey geschenkt/ wann einer was verbicht:  
Zeit decket laster zu/ und bringt sie an das licht.

Denk niet dat menschen oit van misdryf voordeel trekken:  
Een dag brengt zonde aan 't licht, die Jaren vast bedekken.

*Un crime enseveli dans une obscure nuit,  
Ne l'est que pour un tems; un autre le trahit.*



VARIANS LECTIO. Temp. p. l. & tempore parent. Quod ultimum in  
Patent

## FLOSCULI POETICI.

Ah miser! & si quis primo perjuriam celat,  
Sera tamen tacitis poena venit pedibus.

TIBULL. Lib. I. El. X. v. 3.

Nec tibi celandi spes fit, peccare paranti;  
Est Deus, occultos qui vetat esse dolos.

Ibid. v. 23.

At videt hoc, videt ille Deum regnator, & ausis  
Sera quidem, manet ira tamen.

STATIUS, Thebaidos Lib. V. v. 683.

— — — Saepe Diespiter,  
Neglectus, incesto addidit integrum.  
Raro antecedentem scelestum  
Deferuit pede poena claudo.

HORATIUS, Lib. III. Od. II. v. 29.

Culpam poena premit comes.

IDEM, Lib. IV. Od. V. v. 24.

Et peccare nefas, aut pretium est mori.

IDEM, Lib. III. Od. XXIV. v. 24.

Disce, nec in mediis est tuta rapina tenebris:  
Haec, quae nocte patras crimina, luce lues.

ERH. WEIGEL. Eth. nat.

Felix criminibus nullus erit diu.

AUSONIUS, in CLEOBULO.

Turpe quid ausurus, te, sine teste, time.

IDEM AUSON. in THAL. Milesio.

— — — Non repraesentat sua  
Supplicia semper. lentus irasci, Deus:  
Sed vetera cernens vitia cumulari novis,  
Gravitate poenae temporis pensat moram.

GROTIUS, Sophompan. AH. II. Sc. I. v. 38.

Tarda (quidem) Nemesis poenam differre videtur;  
Attamen a tergo dura flagella quatit.

SCHOONHOV. Embl. LI. v. 3.

Quod scelus est unquam commissum, quae loqa tempus  
Id reticens; tandem quin patefiat opus?

SAMBUC. Emblem. tit. οὐκ ἔστι μίσσηματος γῆρας.  
pag. 195. v. 7.

Patent quidam male seduli transmutarunt, legum metri supina, ut videtur,  
ignorantia, aut incuria.

( IX. )

CORPORIS EXIGUI VIRES CONTEMNERE  
NOLI:CONSILIO POLLET, CUI VIM NATURA  
NEGAVIT.

Ἡπεδανοῖο Φυὴν μὴ σωματίοιο κάκιζε·  
Φραδμοσύνη προβέβηκεν, ὅτω φύσις οὐκ ἔπορ' ἀλήνη.

*The Strength of little Men do not despise:  
Whom Nature hath made weak, she makes more wise.*

Nicht scherze kleinen Leib / der schwache Kräfte hat:  
Wem die Natur Gewalt versagt / dem giebt sie Rath.

Laat een kleen Lichaam, om zyn zwakheit, onveracht:  
Natuur geeft Wysheit voor lichamelyke kracht.

*Gardez de mépriser d'un Nain la petitesse:  
L'Esprit souvent du corps compense la foiblesse.*

VARIANS LECTIO. C. e. noli contemnere vires. Alii: Quorumposito  
aequali circiter numero, non tantum, ex Arntzenii mente, aurium hic ad-  
hibendum est iudicium, sive, ut ipse loquitur: aures consulimus poëticas;  
sed, vel Catone nostro ad partes vocato, ut in suis iudice, eadem tamen  
manet rationis aequalitas. Quum enim ille fere nimium amaverit in prae-  
ceptis, quae vocant, *affirmantibus*: MEMENTO; in monitis vero certi  
quidquam prohibentibus hoc: NOLI; utrumque istum versus locum, &  
Caesurae proximum & ultimum, pene absque discrimine, huic eidem fecit  
proptium. Sic

L.

FLOSCULI POETICI.

*Parva necat morfu spatiosum vipera taurum:*

*A cane non magno saepe tenetur aper.*

OVIDIUS, *Lib. II. Rem. Am. v. 25.*

*Maior in exiguo regnabat corpore virtus.*

STATIUS.

*Ictibus it parvi quercus ad ima viri.*

*Interdum exiguo rex maximus occidit ictu:*

*Saepe in parvo corpore magna latent.*

ANONYMUS.

*Si mihi difficilis formam natura negavit;*

*Ingenio formae damna rependo meae.*

*Sum brevis; at nomen quod terras impleat omnes*

*Est mihi: Mensuram nominis ipsa fero.*

OVIDIUS, *Heroid. Ep. XV. SAPPHUS. v. 31.*

Corpore debilitato

*Vis animi crescit: Quare imbecilla senectus*

*CONSILIO SUPERAT juvenes, MENTISQUE VIGORE.*

*INGENIO plerumque caret, qui ROBORE praestat.*

*Raro utrumque Deus cuiquam largitur, ut idem*

*Sit sapiens, & sit robusto corpore pollens.*

PALINGEN. *Librae v. 924.*

*Sed te non animis, nec folis viribus aequum*

*Crede. Saepe acri potior Prudentia dextra.*

VALERIUS FLACCUS, *Argonaut. Lib. IV. v. 621.*

*Virtute semper praevalet Sapientia.*

PHAEDR. *Lib. I. Fab. XIII. v. 14.*

*Corporis at moles quid erit, si pectora desint?*

SAMBUCUS, *pag. m. 242. tit. Non in mole sed pectore Virtus.*

*Disce tamen brevibus, quae sit fiducia monstris,*

*Et faciat, quidquid parvula turba cupit.*

AVIAN. *Fab. XXXI. v. II.*

|                   |                         |                                                |
|-------------------|-------------------------|------------------------------------------------|
| L. i. Dist. ix.   | NOLI desistere coeptis. | Certo promittere NOLI. L. i. Dist. xiii.       |
| Dist. x.          | contendere verbis.      | Quam tu tibi credere N. . . . . xiv.           |
| xxiii.            | sed te ipse coerce.     | Spem tu tibi ponere N. . . . . Dist. xix.      |
| xxxii.            | praeponere notis.       | Incerta contendere N. . . . . L. ii. Dist. iv. |
| L. ii. Dist. xi.  | contendere verbis.      | Vires contemnere N. . . . . ix.                |
| xiii.             | perquirere sorte.       | Ignoscere tu tibi N. . . . . xxi.              |
| xv.               | maledicta reserere.     | Animum submittere N. . . . . xxv.              |
| L. iii. Dist. xx. | tu verba timere.        | Aptam dimittere N. . . . . xxvi.               |
| L. iv. Dist. x.   | quae ventris amica.     | Factum nolito flere. L. iii. Dist. xv.         |
| xviii.            | irridere senectam.      | Prave contendere NOLI. L. iv. Dist. xxxiy.     |
| xxxv.             | moerere dolendo.        |                                                |
| xxxvii.           | promittere vitae.       |                                                |
| xlvi.             | gaudere malorum.        |                                                |

108 DIONYS. CATONIS DISTICH.

---

( X. )

CUI SCIERIS NON ESSE PAREM TE, TEMPORE  
CEDE:

VICTOREM A VICTO SUPERARI SAEPE  
VIDEMUS.




Ὅν σευ ἀκιδνότερον νοέεις, τῷ δ' εἶκ' ἐνὶ καιρῷ.  
Πολλάχ' ὁ νικηθεὶς τὸν νικήσαντα κράτησε.

*When thou hast not thy Match', in time retreat ;  
We see the conquer'd oft the Victor beat.*

Gib einem weislich nach / dem du dich nicht kannst gleichen ;  
Zuweilen muß wer siegt / dem Obgesiegten weichen.

Zwicht voor den geen', by wien gy u niet kunt gelyken.  
De winnaar moet veelyts voor een' verwonnen wyken.

*A l'Ennemi trop fort cedez sa vaine gloire :  
C'est ainsi qu'aux Vainqueurs on ravit la Victoire.*



VARIANS LECTIO. *Quem scieris non esse parem tibi, t. c.* Quam falsam lectionem ac depravatam, malis avibus Planudes in Græcis suis fecerunt, infelicius adhuc expressit, si modo ita scripsit, ut hodie legitur. Plannudem

## FLOSCULI POETICI.

## CEDENDO VICTOR ABIBIS.

Ille fatigatae *vincendo* monstra novercae

Qui meruit coelum: *Paruit imperio.*

— I nunc, & dubita ferre, quod ipse tulit.

OVIDIUS, *Art. II. v. 197. & 217. &c.*

Diffimula atque tace, ne deteriora subinde

Damna feras. *Stultum est hostem irritare potentem,*

Atque malum majus tumidis sibi quaerere verbis,

Expectat tempus *sapiens*, iramque coërcet.

Saepe etiam *utiliter cedit*, placidisque furentem

Demulcet dictis & *dulcibus allicit hostem*

*Blanditiis.*

PALENGENIUS, *Canceri v. 812.*

Nimirum magna est *prudencia*, *vincere blande*,

Atque animi ad tempus pressum celare dolorem.

v. 823.

Qui patitur vincit. *Patientia sola triumphat*

Magnifice. Si *vis vincere*, *disce pati.*

REUSNERUS

CEDERE qui nescit, VINCERE nescit homo,

IDEM.

*Perfer & obdura*: Dolor hic tibi proderit olim.

OVIDIUS, *Am. Libr. III. El. XI. v. 7.*

*Perfer & obdura*: Patientia plurima mollit,

Quae nequit humanum corrigere ingenium.

SCHOONHOV. *Embl. LXII. v. 3.*

Monumento sint porro quaedam Amstelodamensium aedes

privatae, patientiae quondam fructus, verbis inscriptae

modo Latinis: PERFER ET OBDURA. Modo Belgicis:

*Wie verdraagt en zwijgt,*

*Overwint en verkrygt.*

audem vulgarem rursus secutus Parisinus Editor uterque & ipse Metaphra-  
stes novus. Id quod hic laudare non possumus. Scilicet hoc est, quod bre-  
ves inter Nostri Sententias *Lemmate XI.* duobus dicitur verbis: MAJORI  
CEDERE.



( XI. )

ADVERSUS NOTUM NOLI CONTENDER E  
VERBIS.

LIS MINIMIS VERBIS INTERDUM MAXIMA  
CRESCIT.




Ἀφιμάχοις ἐπέεσσι μὴ ἀντιλόγησον ἐταίρω·  
Ἐξ ἐλίγων μύθων μεγάλη ποτὲ δῆρις ὀρώρει.

*Babble not with him, whom thou dost well know;  
The greatest Strife doth oft from least Words grow.*

Mit einem / den du kennst / begib dich nicht in Streiten:  
Aus schlechten Worten wächst sehr grosser Zant / zu Zeiten.

Wil nimmer twisten met Bekenden : Eer men 't wift,  
Rees uit het minste Woord somwylen grote twist.

*Avec vos Familiars fuyez toute querelle.  
Le plus grand feu s'allume à la moindre étincelle.*



VARIANS LECTIO. *Adversum notum noli e, v. Lis verbis minimis i. m. c.*  
Al. His verbis, sed pleno absque lenis.

## FLOSCULI POETICI.

Majus peccatum est: *paullum deliquit amicus,*  
 Quod nisi *concedas*, habere insuavis, acerbus  
 Odisti & fugis, ut *Drusonem* debitor *ueris.*

HORATIUS, *Lib. I. Sat. III. v. 34.*

————— Et mihi *dulces.*  
*Ignoscent*, si quid peccâro stultus, *amici;*  
 Inque vicem illorum patiar delicta libenter.

*Ibid. v. 139.*

Μηδ' ἔχθαιρε φίλον σὸν ἀμάρτανος εἴνεκα μικρῆς.  
 Ne propter parvum *infestus sis* crimen *amico.*

AUR. PYTHAG. CARM. v. 7. *ad quem*  
*vide si* HIEROCLEM, p. 66.

Ludus enim *genuit* trepidum *certamen & iram;*  
*Ira* truces *inimicitias & funebre Bellum.*

HORAT. *Lib. I. Epist. XIX. v. 48.*

Postremo *compesce iram: parit ira furorem,*  
*Turpia verba furor: verbis ex turpibus exit*  
*Rixa: ex hac oritur vulnus: de vulnere letum.*

PALINGEN. *Sagittar. v. 954.*

*Vir bonus & sapiens quaerit* super omnia *pacem,*  
*Vultque minora pati, metuens graviora, caverque*  
*Ne parvo ex igni scelerata incendia surgant.*  
 Qui nil ferre potest, hominum commercia vitet,  
 Et solus degat silvis aut montibus altis

IDEM, *ibid. v. 967.*

Pectora cum primo fuerint agitata furore,  
 Si sapias, haud, celerem ferre moreris opem.  
 Excutis intacta nocituram veste favillam:  
 An minor est animi cura futura tibi?  
 Ah! miser, ignoras *in quanta incendia crescat,*  
 Obruta nî primis motibus *ira* cadit.

L. DE MEYER, *Libr. III. de Ira.*

RIXA metu primo tenuis, MOX SURGIT in auras:  
 PARVA CREMAT TOTUM mota FAVILLA NEMUS,  
 LAUTERBACHII.

Quod genus interdum *segetes stipulamque videmus*  
 Accipere, *ex una scintilla, incendia passim.*

LUCRETIUS, *Libr. V. v. 607.*

Neglectis *urenda filix* innascitur agris.

HORATIUS, *Libr. I. Sat. III. v. 37.*

Et neglecta solent INCENDIA SUMERE VIRES.

HORATIUS, *Libr. I. Epist. XXIII. v. 89.*

( XII. )

QUID DEUS INTENDAT, NOLI PERQUIRERE  
SORTE: •

QUID STATUAT DE TE, SINE TE DELIBERAT,  
IPSE.




Κλήρω ἐρευνᾶσθαι τί Θεὸς τεκμαίρετ' ἀλεύου'  
"Ο, τί γὰρ ὁς περὶ σοῦ τελέσει, σέο χωρὶς ἕριζει,

*Seek not by Lot what God's Intentions be:  
He knows without thee what to do with thee.*

Nicht suche nach / durch Loos / was Gott hat für ein Ziel:  
Er schaffet / ohne dich / doch mit dir / was Er will.

Vraag geen Voorzeggers naar de hemelsche besluiten.  
Laat Godt in zynen raedt begaan : Blyf gy 'er buiten.

*Ne vas pas sur ton sort consulter les Devins:  
Dieu sçait regler, sans toi, ta vie & tes destins.*



VARIANS LECTIO. *Quod Deus intendat, n. p. f. Quod statuit d. t. Alii, quos & Scriverius sequitur, habent: sine se deliberet. Al. finito, it. sine te deliberet, spse. It. al. ille vel: Iste.*

## FLOSCULI POETICI,

*Quis mihi fidereos lapsus mentemque finistri  
Fulguris, aut caesis faliat quod numen in extis,  
Quando iter, unde morae, quae saevis utilis armis;  
Quae pacem magis hora velit; quis jam omne futurum  
Proferet, aut cum quo volucres mea fata loquentur?*

STATIUS, *Thebaid.* Lib. VIII. v. 177.

*Prudens futuri temporis exitum  
Caliginosa nocte premit Deus:  
Ridetque, si mortalis ultra  
Fas trepidat: Quod adest, memento  
Componere aequus: Cetera fluminis  
Ritu feruntur.*

HORAT. *Libr. III. Od. XXIX. v. 29:*

*Tu ne quaesieris scire, nefas, quem mihi, quem tibi  
Finem Dî dederint, Leuconoe, nec Babylonios  
Tentaris numeros.*

IDEM, *Libr. I. Od. XI. v. 1.*

*Nequidquam sapiens occulit DEUS  
Venturi ancipitem temporis aleam;  
Si secreta tamen claustra recludimus Dementi sapientia.*

DOMINIC. BAUDIUS, *Lib. II. Od. VII. v. 37.*

*Si consilium vis,  
Permites ipsis expendere Numinibus, quid  
Conveniat nobis, rebusque sit utile nostris.  
Nam pro jucundis aptissima quaeque dabunt Dî:  
Carior est illis homo, quam sibi.*

JUVENALIS, *Sat. X. v. 346.*

*Scire nefas homini, quid crastina voveret aetas.*

CENTO STATIANUS.

*Ignotumque animis cupidis ardemus, & usque  
Flagrantes acri frustra tabescimus igni,  
Quove magis sensu comprehendere tendimus, aegrosque  
Altius in coelum visus adtollimus, hoc Tu  
Effugis, adspectuque magis tua subtrahis ora  
Nube tegens, piceaeque involvis nubis amictu:  
Exiguamque tuae miramur imaginis umbram.*

M. HIERON. VIDA *Cremona Alb. Episc. Hymno  
de DEO. v. 471.*

*Quippe humana parum prodest prudentia, quando  
Decernunt aliter superi: Frustraque laborat,  
Rem quicumque parat, Dîs adversantibus, ullam.*

PALING. *Caneri v. 420.*

( XIII. )

INVIDIAM NIMIO CULTU VITARE  
MEMENTO,

QUAE SI NON LAEDIT; TAMEN HANC  
SUFFERRE MOLESTUM EST.



Μη φθόνον ἐκ κομιδῆς περιέργου σοὶ περιάψῃς·  
Ὡς κ' melius: Ὅς κ' ἢν μὴ βλάβῃ τι, φέρειν γὰρ μὲν ἔστιν  
ἰπαχθῆς.

*Envy for gaudy State be sure to fear,  
Which, if it do not hurt, is hard to bear.*

Gedenke Neid / den Pracht und Kleidung bringe / zu meiden:  
Beleidigt sie gleich nicht / so ist sie schwer zu leiden.

Terg de afgonft nimmer door de pracht van uw gewaat:  
Al hindert zy u niet, wat hebt gy aan den haat?

*Evitez de briller dans le Cours de la Vie;  
A-quoi vous sert le Faste? Il excite l'Envie.*



VARIANS LECTIO. *Tamen hunc sufferre molestum est. Supple: cultum mi-  
nimum aliis molestum in tumentibus superbia tolerare. Huc pertinet Phaedri  
de Graculo superbiante Fab. III. Libri I.*

## FLOSCULI POETICI.

*Odimus immodicos, experto credite, fastus.*

OVIDIUS, *Libr. III. d. Art. am. v. 611.*

Nam grave *quid prodest* pondus mihi divitis auri?

Arvaque si findant pingua mille boves?

Quidve domus prodest Phrygiis innixa columnis,

Taenare sive tuis, sive Caryste tuis?

Et nemora in domibus sacros imitantia lucos?

Aurataeque trabes, marmoreumque solum?

Quidve in Erythraeo legitur quae littore concha,

Tinctaque Sidonio murice lana juvat?

Et quae praeterea populus miratur: *in illis*

*Invidia est.* Falso plurima vulgus amat.

TIBULLUS, *Lib. III. El. III. v. 11.*

————— E summo quasi fulmen *dejicit ictos*

*Invidia* interdum contemtim *in tartara* tetra ———

Angustum per iter luctantes ambitionis:

*Invidia* quoniam, *ceu fulmine*, *summa vaporant*

Plerumque, & *quae sunt aliis magis edita cumque.*

LUCRETIUS, *Libr. V. v. 1126. 1131. &c.*

*Invidus* alterius macrescit rebus optimis.

*Invidia* Siculi non invenerere tyranni

*Majus tormentum.* ———

HORATIUS, *Libr. I. Epist. II. v. 57.*

*Invidia* vexantur opes: Namque optima *livor*

Quaeque malus laedens odit *felicia* semper.

PALING. *Tauri v. 181.*

Utque deam vidit, formaque armisque decoram,

*Ingenuit*, vultumque deae ad suspiria duxit.

OVID. *Metam. Libr. II. v. 775.*

INVIDIA est & jam multum METUENDA, secundis

Quae semper rebus dirum miscere venenum

Nititur: INVIDIAM, moneo, *timeatis.* ———

PALING. *Canceri v. 409.*

Et fugias, quos livor edax felicibus hostes

Sic facit, ut virtus flectere nulla queat.

Muneribus fortasse tuis placabis avarum;

Laedere quo cesset invidus, esto miser.

Alterius *miser* a gaudet mens *invida* sorte:

Cunctaque *vicina commoda*, *damna putat.*

JOH. SARESBERIENS. *sub fin. Carminis*  
*Policraticum aspicientis.*

116 DIONYS. CATONIS DISTICH.

( XIV. )

ESTO ANIMO FORTI, QUUM SIS DAMNATUS  
INIQUE :

NEMO DIU GAUDET, QUI JUDICE VINCIT  
INIQUO.




Καρτεροθύμως τλήσον, εὐὰν ἀδίκως καὶ ἀκριβῆς  
Οὐ δὴν γαυριώωσι κριτῆ νικῶντες ἀθέσμως.

*Be of good Comfort, tho' condemned wrong:  
Who gets by unjust Doom, ne'er enjoys it long.*

Verurtheilt man dich falsch / so leid es unverdrossen.  
Was krummes Urtheil schenkt / wird lange nicht genossen.

Wort gy t'onrecht gedoemt, laat dat u niet verdrieten:  
Die t'onrecht wint, zal noit een lange vreugt genieten.

*Condamné sans Raison, ne perdez point Courage:  
Le gain d'une Injustice est un foible avantage.*



VARIANS LECTIO. Forti animo esto. Al. Esto forti animo. Est & :  
Forti animo maneat, cum sis d. i. Alius: N. d. g. qui iniquo iudice vincit. Sed  
perpetam omnes.

## FLOSCULI POETICI.

Discitur innocuas ut agat *facundia* causas:

*Protegit haec fontes, immeritosque premit.*

OVIDIUS, *Trist. Libr. II. v. 273.*

Exemplo quodcunque malo committitur, ipsi  
Displicet auctori. Prima est haec ultio, quod se  
Judice, *nemo nocens absolvitur*, improba *quamvis*  
*Gratia* fallacis Praetoris vicerit urnam.  
Quid sentire putas omnes, Calvine, recenti  
De scelere, & fidei violatae crimine? Sed nec  
Tam tenuis census tibi contigit, ut mediocris  
Jacturae te mergat onus: flagrantior aequo  
*Nec debet dolor esse viri, nec vulnere major.*

JUVENAL. *Sat. XIII. v. l.*

Qui recte vivit, contemnit jura superba:

*Conscia mens recti nil timuisse potest.*

OWENUS, *Ethicor. II. Epigr. XI.*

*Accusent te mille licet; mens conscia recti.*

*Stat tamen, & nunquam Judicis ora timet.*

*Ibid. Epigr. XVIII.*

Deneget auxilium rogitanti; praegravet omnes  
Infra se positos, inopem viduamque gementem  
Obterat; *insontem Judex pervertat iniquus*  
*Venali trutina, & Dominae suffragia donet;*  
Interea, quae Summa mali est, simulat honesti.  
Haec, *si aberit Deus ultor*, in omnia prouet audax  
Crimina, quem fallax trahit in sua castra Voluptas.

MELCHIOR Cardinalis POLINIACUS;

*Anti-Lucretii Tom. & Libr. I. pag. 13.*

Solent mendaces luere poenas malefici.

*Ovis damnata* falso testimonio,

Quod non debebat, *solvit*. Post paucos dies,

Ovis jacentem in fovea conspexit Lupum.

Haec, inquit, *merces fraudis a Superis datur.*

PHAEDRUS, *Libr. I. Fab. XVII. v. 1. & 6.*

Omnes humanos vincit patientia casus:

Hanc adhibe, haec cunctis est medicina malis:

POSTRIUS;



118 DIONYS. CATONIS DISTICH.

( XV. )

LITIS PRAETERITAE NOLI MALEDICTA  
REFERRE:

POST INIMICITIAS IRAM MEMINISSE, MALORUM  
EST.




Μὴ τὴν λοιδορίην ἔριδος προσένεγκε παλαιᾶς.  
Μεμνησθαι δὲ κόλοιο , κακόφρονός ἐστι , μετ' ἔχθραν.

*Of Words in brawling make no Repetition:  
Who rakes up Discord, shews a bad Condition.*

Den Frieden / nach dem Streit / gedenke nicht zu brechen;  
Kein guter Mann pflegt je vergang'nen Zorn zu rächen.

Verhaal niet na 't Verdrag scheltwoorden van voor dezen.  
Men moet, na vyantschap, niet meer verbolgen wezen.

*Perdez le souvenir d'une affaire assésée:  
Conserver sa rancune, est d'un méchant genie.*



VARIANS LECTIO. *Mala Dicta*, aliquis coniecerat. Referente nobis  
Amit-

FLOSCULI POETICI.

Quoslibet extinctos injuria suscitatur ignes.

OVIDIUS, *Libr. III. d. a. a. v. 697.*

Sed numquam dederis spatiosum tempus in iram:

Saepe similtates ira morata facit.

IDEM. *Am. Libr. I. Eleg. VIII. v. 81.*

S. Irae sunt inter Glycerium, & gnatum. CH. Audio.

S. Ita magnae, ut sperem, posse avelli. CH. Fabulae!

S. Profecto, sic est. CH. Sic hercle, ut dicam tibi:

*Amantium irae amoris integratio est.*

TERENTIUS, *Andr. Act. III. Scen. III. v. 20.*

*Ira cadat cum sole; at non cum sole resurgat:*

Semper cum Phoebus currat ad Antipodas.

OWENUS, *Libr. III. ad Car. Eborac. Epigr. LXVII.*

Quem criminosis cumque voles, modum

Pones Iambis. — Me quoque pectoris

Tentavit in dulci juvena

Fervor, & in celeres Iambos

Misit furentem: Nunc ego mitibus

Mutare quaero tristia: dum mihi

*Fias recantatis amica*

Opprobriis, animumque reddas.

HORATIUS, *Carminum Libr. I., XVI. v. 2. & 22.*

Tradam protervis in mare Creticum

Portare ventis. — — —

IDEM, *ejusd. Libr. Od. XXVI. v. 2.*

— — — Pronus in iram

Stultorum est animus, facile excandescit, & aude

Omne scelus, quoties concepta bile tumescit.

Tunc ferri sceleratus amor, rixaeque cruentae

Surgunt, & gelidae dant plurima corpora morti.

Ergo ferum genus hoc hominum est, valdeque cavendum.

PALING. *Sagittar. v. 626.*

Antzenio. *Irae meminisse.* Ditmarus, cum ita adlegantem citante Daumio.

120 DIONYS. CATONIS DISTICH:

---

( XVI. )

NEC TE COLLAUDES, NEC TE CULPAVERIS  
IPSE.

HOC FACIUNT STULTI, QUOS GLORIA VEXAT  
INANIS.




Μή τε σ' ἐπαίνεσσον, μήτ' αὐθις ψέξον ἑαυτόν.  
Τοῦτο πρὸς ἀφραδέων, οὓς οἰσπεὶ δόξα κενόφρων.

*Neither commend thyself, nor thyself blame;  
Fools, whom vain Glory vexeth, do the same.*

Du sollt dich selber nicht noch loben / noch verachten:  
Diß ist der Narren Thun / die bloß nach Ruhme trachten.

Gy moet u zelve nooit veel pryzen noch veel iaken.  
Zo doen de Zotten, die naar ydle Glorie haken.

*Se louer, se blâmer, tient d'un mauvais usage:  
C'est un sot point d'honneur que tenir ce Langage.*



VARIANS LECTIO. Hoc faciunt. Barth. Hoc faciunt stulti; id, quos gloria vexat inanis. Edit. Lipsiens. a. MD. IX. CXVII. citante Daumio. Hoc Jac. Stulti, hos gl. v. inan. Expositus ab ipso suo parente foetus, nec a quopiam, ut arbitror, suscipiendus.

FLOSCULI POETICI.

NEC TUA LAUDABIS studia, AUT aliena REPRENDES.

HORATIUS, *Libr. I. Ep. XVII. v. 39.*

Ut placeas, debes *immemor esse tui.*

OVIDIUS, *Libr. Am. I. El. XIV. v. 38.*

*Homine imperito numquam quidquam injustius,  
Qui, nisi quod ipse facit, nihil rectum putat.*

TERENTIUS, *Adelph. Act. I. Scen. II. v. 18.*

Nam strenuiori deterior si praedicat  
Suas pugnas, *de illius ore sunt sordidae.*

PLAUTUS, *Epidici Act. III. Scen. IV. v. 10.*

Facta tua extollant alii, *laus propria sordet:*  
Ore sed alterius quae venit, illa placet.

AULAEUS.

Quisque *suas dotes teneat, nec praeferat ulli,*  
Quod Deus occulta donat habere vice.

SAMBUCUS, *Epigramm. II. v. 9.*

Narrent de te alii, *proprio sordescit in ore*  
*Gloria;* si taceas, plus tibi laudis erit.

MICHAEL VERINUS, *ex quo apud*  
OWENUM, *Ethic. I. Epigr. LXXXIII.*

Omnibus *invisa est stolidae jactantia mentis:*  
Dum *de te loqueris, gloria nulla tua est.*

IDEM\*, & *ibid. II. Ep. XXV.*

Omnes *videmur nobis esse belluli.*

NONIUS MARCELLUS, *apud JUNIUM.*

Raro placent aliis, *qui placere sibi.*

OWEN. L. *ad Roger. Audœn. Ep. LXXXIX.*

Omnis homo, *proprium de se qui jactat honorem,*  
Ille suo servit decori, sibi nomina quaerit:  
At qui mittentis laudes canit, ille probatur,  
Ille viam sequitur veram, nil audet inique.

ULRIC. BOLLINGERUS, *in Paraphrasi*  
NONNI *Latina.*

\* Vide hoc utrumque Distich. a *Cognato* in *Adagiis Verino* vero Auctori adsertum.

122 DIONYS. CATONIS DISTICH.

( XVII. )

UTERE QUÆSITIS MODICE, QUUM SUMTUS  
ABUNDAT:

LABITUR EXIGUO, QUOD PARTUM EST  
TEMPORE LONGO.



Φείδεο τῶν κτεάνων, δαπανῶν ὅτε πλεῖθος ἐπίρρει,  
Ἐν μακρῷ τὸ πορισθὲν, ὀλίγονι ἐν χρόνῳ ἔρρει.

*Spare what you get; when one excessively spends,  
What hath been long a getting quickly ends.*

*Spalt an dich / bist du reich / und hast dir was erworben:  
Was lange Zeit erspart / ist eh' als bald verdorben.*

*Zyt matig in 't gebruik, hebt gy wat goedts verworven.  
Dat langzaam is vergaart, wort schielyk licht verdorven.*

*Au tems de l'abondance épargnez votre Bien:  
La Prodigalité dans peu nous mène à Rien.*

**VARIANS LECTIO.** *Utere quaesitis parce: Quum sumtus abundat, Labitur*  
*e. g. p. e. t. h. Haec frequentiores habent: Rarius illud: — Cum sumtus ab usu*  
*La-*

## FLOSCULI POETICI,

Attigerit; *labentur opes*: Ut vulnere nostro  
Sanguis, ut hic ventis diripiturque cinis.

TIBULLUS, *Libr. I. El. VII. v. 59.*

*Divitias subito fors inimica rapit.*

OWENUS, *ad Lectorem.*

*Parcere divitiis, qui tempore novit, & uti,*  
Ille, *modum servans inter utrumque*, sapit.

THOMAS MORUS.

Quisnam igitur? Qui se cauta sic temperat arte,  
Ut, *medium servans, vitet utrumque latus.*  
Providus, at facilis: *Parcus sibi, largus amicis;*  
Atque etiam largus, cum petit hora, sibi.  
Qui *nec opes terra furtim componere, sed nec*  
*Perdere, discincti more nepotis, amat.*

M. A. MURETUS, *in Epigrammatis. Vide,*  
quem hic imitatur, HORATIUM, *ad*  
*Dist. huj. Libr. XIX.*

————— *Modo fit mihi mensa tripes &*  
*Concha salis puri & toga, quae defendere frigus,*  
*Quamvis crassa, queat.* —————

HORAT. *Libr. I. Sat. III. v. 13.*

*Vivitur parvo bene, cui paternum*  
*Splendet in mensa tenui salinum:*  
*Nec leves somnos timor, aut Cupido*  
*Sordidus aufert.*

IDEM, *Carm. Libr. II. Od. XVI. v. 13.*

*Esse cupis frugi? Facile est: Nam panis & undae*  
*Praedives dapibus quilibet esse potest.*

OWENUS, *in Ethicis veterum Sapientum*  
*Dist. XXXIV. partis prioris.*

---

*Labitur exiguo, q. p. e. r. l.* Quam conjecturam Phil. Parei Arntzenius recensuit, ac, merito quidem, reprobavit. Alius: *Dum sumtus abundat.* Tolerabilius tamen quam, *Consumtus abundat*, quod rursus dedit alius.

124 DIONYS. CATONIS DISTICH.

---

( XVIII. )

INSIPIENS ESTO, QUUM TEMPUS POSTULAT;  
AUT RES.

STULTITIAM SIMULARE LOCO; PRUDENTIA  
SUMMA EST.




Ἄφρων γίνου, ὅταν τό, τε πρᾶγμα ὁ, τε καιρός ἀπαιτῆ  
Ἄφροσύνης ἐπίκαιρος ὑπόκρισις ἐστὶ φρόνησις.

*Play thou the Fool, when Time needs such a Guise;  
Folly to counterfeit becomes the Wise.*

Nim / nach Gelegenheit / an dich der Thorheit Schein:  
Die höchste Weißheit ist / nicht allzeit weise seyn.

Wanneer de tydt of zaak dat wil, zyt dwaas in schyn:  
De grootste wysheit is, als 't pas geeft, dwaas te zyn.

*Déridez à propos votre front pour l'usage:  
Bien sçavoir être fou, c'est sçavoir être sage.*



VARIANS LECTIO. Insiemens & ejusmodi menda alia.

## FLOSCULI POETICI.

Milce *stultitiam* confiliis *brevem* :

Dulce est **DESIPERE IN LOCO.**

HORATIUS, *Carmin. Libr. IV. Od. XII. v. 27.*

— — Non ego *fanius*

Bacchabor *Edonis*, recepto

*Dulce mihi furere est* amico.

IDEM, *Libr. II. Od. VII. v. 26.*

Dona *praesentis* rape *laetus* horae, ac

*Linque severa.*

IDEM, *Libr. III. Od. VIII. v. 27.*

— — De *Sapientibus* alter

*Ridebat*, quoties a *limine* moverat unum

*Protuleratque* pedem. — — — — —

— — — — — *Pulmonem* *agitare* solebat

*Democritus* *risu.* — — — — —

JUVENALIS, *Sat. X. v. 28—33.*

Brutus erat *stulti* *sapientis* *imitator*, ut esset

Tutus ab *insidiis*, dire *Superbe*, tuis.

Ille *jacens* *pronus* *matri* dedit *oscula* *Terrae*;

*Creditus* *offenso* *procubuisse* *pede.*

OVIDIUS, *Fast. Libr. II. in regis fuga,*  
*ad d. VI. mensis ultimi.*

Ne *nimum* *sapias*, *Fili*: *Mediocria* *mundum*

*Ingenia*, atque *animis* *bebetes*, *plerumque* *gubernant.*

CAROL. HARTLIEBIUS\*, *Recler*  
*quondam Aegyptiani Norici.*

Pro *ratione* *loci* qui *sapit*, *ille* *sapit.*

STIGELIUS, *in Epigrammat. citatus ad h. l. a*  
*DAUMIO, quem vide pluribus haec probant.*

*Dissimulat* *prudens*; *fortis* *tacet*: *Ast* *ubi* *venis*

*Opportuna* *dies*, *facienda* *viriliter* *audet.*

PALINGEN. *Canceri* v. 806.

—————  
Dicere qui nobis *Vir* *venet*, *saepe* *solebat*: *Mediocria* *ingenia* *regunt* *orbem.*



( XIX. )

LUXURIAM FUGITO, SIMUL ET VITARE  
MEMENTO

CRIMEN AVARITIAE: NAM SUNT CONTRARIA  
FAMAE.




Ἀμφότερον, καὶ σμικρολόγος, καὶ ἄσματος ἀκούειν  
φεῦγε· τὰδ' ἀμφοῖν ὁμῶς εὐδοξίῃ ἀντιπέπονθε.

*Excess and Avarice be sure to fly,  
For to thy Credit they are contrary.*

Du sollt mit Ueppigkeit / wie auch dich nicht beladen  
Mit Geiße : Dann sie thun den guten Namen Schaden.

Vliet overdaat, maar vlie de gierigheid met een :  
Een goede naam wort door die twee gelyk bestreên.

*Fuyez & l'Avarice & la Luxure infame :  
Elles s'acorderoient à vous couvrir de blâme.*



VARIANS LECTIO, *Luxur. fug. simul vitare memento, &c.*

## FLOSCULI POETICI,

Satis superque me benignitas tua  
 Ditavit, *haud* paravero,  
 Quod, aut *avarus ut Chremes*, terra premam;  
*Discinctus aut perdam ut nepos.*

HORATIUS, *Epod. l. v. 31.*

— — — Sed quid *dissuasor honesti*;  
*Luxus*, & humanas oblimat copia mentes?  
 Provocet ut *segnes animos*, rerumque remotas  
 Ingeniosa vias paullatim exploret egestas.

CLAUDIANUS, *de Raptu Proserp. Lib. III. v. 28.*

Ut veniant gemmae totus transibitur orbis:  
 Nec lapidum pretio pelagus cepisse pigebit.  
 Annua solliciti consummant vota coloni,  
 Et quantae mercedis erunt fallacia rura?  
 Quaeremus *lucrum* navi, mortemque (*Martemque Al.*) sequemur  
 In praedas? *Pudeat* tanto bona velle caduca!  
*Luxuriae quoque militia est*, *vigilatque ruinis*  
*Venter*, & *us pereant*, *suspirant saepe nepotes.*  
 Quid Coelo dabimus? Quantum est, quo veneat, omne?  
 Impendendus homo est, Deus esse ut possit in ipso.  
*Hac tibi nascentum mores sunt lege notandi.*

MANILIUS, *Libr. IV. v. 398.*

*Nil lethale magis*, quam *luxu* perdere mores.

OWENUS, *Ethic. II. Ep. IX.*

Fervet *avaritia* miseroque *cupidine* pectus?  
 Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem  
 Possis & magnam *morbi* deponere partem.

HORATIUS, *Libr. I. Ep. I. v. 33.*

Qua ratione queas traducere leniter aevum:  
 Ne te semper *inops* agitet *vexetque cupido*. —  
 Sit *mibi*, quod nunc est, *etiam minus*; ut *mibi vivam*;  
 Quod superest aevi, si quid superesse volunt di.  
 Sit bona librorum & provisae frugis in annum  
 Copia; ne fluitem dubiae spe pendulus horae.

IDEM, *Ejusd. Ep. XVIII. v. 97. 107. &c.*

( XX. )

NOLI TU QUAEDAM REFERENTI CREDERE  
SEMPER.

EXIGUA HIS TRIBUENDA FIDES ; QUI  
MULTA LOQUUNTUR.



Μὴ πιστεύσον ἀεὶ τῷ ἀπαγγέλλοντί σοι ἅπλᾳ  
Δεῖ γὰρ πιστεύειν ὀλίγον τοῖς πολλὰ λαλοῦσι.


*Credit not always them that things relate :  
Small heed is giv'n to them that often prate.*

*Nichte allzeit glaube dem / der allzeit reden will :  
Die vieler Worte sind / die lügen oft und viel.*

Gy moet een' Snapper , die veel praats heeft , niet geloven.  
Wat zulk een uitlaat , gaat veeltids 't geloof te boven.

*Ne prêtez point l'Oreille aux Raconteurs frivoles ,  
Qui , pauvres en Credit , sont riches en paroles. Ou bien :*

*C'est beaucoup bazarder , que croire un grand Parleur :  
Toujours un babillard suppose un grand menteur.*



VARIANS LECTIO. Nolito tu eadem ref. cred. semper. Barthii conjectura.  
Exigua iis trib. fid. qui multa loquuntur. Plures optimae notae Codd. Al. Ex-  
igua est trib. fid. qui multa loquuntur. Quod etiam sensu non caret, supplendo : iis. Sed non ferendum : Exigua est tribuenda fides, quia multi multa lo-  
quuntur. Ubi non tantum, quod vir inelytus vidit, Arntzenius : τὸ multi ;  
sed

## FLOSCULI POETICI.

*Periculosum est, credere & non credere.*

*Ergo exploranda est veritas multum prius,*

*Quam stulta prave judicet sententia.*

*Nil spernat auris, nec tamen credat statim.*

PHAEDRUS, *Libr. III. Fab. X. v. 1. 3. & 51.*

*Qui facilis credit, facilis quoque fallitur idem.*

PALINGENIUS, *Geminar. v. 149.*

*Quare non tutum est, facile omnia credere cuivis.*

IDEM, *Aquar. v. 513.*

*Non quot, sed quales aliquid dixere, notandum est.*

IDEM, *Capric. v. 584.*

*Qui cuivis quidvis credit, male creditur illi:*

*Quo credis mihi plus, hoc tibi credo minus.*

OWENUS, *Libr. sing. Epigr. LXV.*

*Non omnibus te habere convenit fidem,*

*Quae in circulis, narrantur a quoquamq; aut foro,*

*Nam captus aliquis forsitan mendacio,*

*Idem tibi illud non mala referet fide,*

*Aut forte mentietur, ut fallat sciens.*

BEAUMONT, *citatus ab alio.*

*Alterius linguae dic, quis moderatur habenas?*

*Vix est, qui propriae possit habere modum;*

*Lubrica saepe cadit, quoniam versatur in udo:*

*Saepe cadens, labem contrahit atque notam.*

JOH. SARESBERIENS. *sub introitum Pollicitatus.*

*v. 227. Vid. sqq. pone Libr. III. Dist. III.*

sed etiam, quod ipsi retinere placuit, sed quia, ex Libri I. Disticho XIII. repetitum atque ineptissime huc translatum esse videtur. „ Ex tanta, inquit

„ ille, varietate hanc cudimus lectionem :

„ Exigua est tribuenda fides, quia multa loquuntur.

„ Nempe homines loquuntur. Arntzen.

Sed: male tornatos inveni reddere versus, docet Horatius,

( XXI. )

QUAE POTUS PECCAS, IGNOSCERE TU TIBI  
NOLI:

NAM CRIMEN NULLUM VINI EST, SED CULPA  
BIBENTIS.



Ἦν τι μέθη πλάιτης, οὗτοι σύγγνωθι σεαυτῶ·  
Οὐ τούτου ποτὸν ἐστὶν ἐπαίτιον, ἀλλ' ὁ πεπωκώς.

*If you in Drink offend, do not excuse it;  
The Fault is not the Wine's, but you abuse it.*

Begehst du truncken was / das leg' auf dich allein:  
Wer Wein als Wasser säuft / ist sträflich / nicht der Wein.

Drinkt ge, en begaat gy na 't onmatig drinken iet;  
De wyn is buiten schult gesteld, de Drinker niet.

*Qu'on n'excuse jamais un Crime, par Ivresse:  
Le Vin ne pèche point; qui trop en boit, se blesse.*

*Vainement sur l'Ivresse un coupable s'excuse.  
Le Vin ne pèche point, mais quiconque en abuse.*

VARJANS LECTIO. Quod potu peccas. Parif. & Plures alii. Quae potus  
pecc. Scribet. Nam nullum est vini crimen. Idem, eleganter: si modo vere.  
Nam

## FLOSCULI POETICI.

LYCONID. Quia *vini vitio* atque amoris feci. EUCLIO.

*Homo* audacissime,

Cum *isthacne* te oratione huc ad me adire ausum, *impudens?*

Nam *si* isthuc jus est, ut sic *tu isthuc excusare posses*,

Luce clara *diripiamus aurum* marronis palam:

*Post id*, si *prebensi* simus, *excusemus ebrios*

*Nos fecisse*, amoris causa. *Nimis vile est vinum* atque amor;

*Si ebrio* atque amanti *impune facere*, quod *lubeat, licet*.

PLAUTUS, *Aulular. Act. IV. Scen. X. v. 15.*

*Vina* parant *animos*, *faciuntque caloribus aptos*.

OVIDIUS, *Libr. II. de Remed. Am. & sacro*

*Ebrietas* hominis *dissipat omne decus*.

APHERDIANUS.

Immodice *Bacchi* sumit qui *munera*, *linguae*

Ufu *privatur, fit quoque mentis inops*.

*Turpia committunt tales*, *obscœna loquuntur*,

Quid *debet, ignorant, & pudor omnis abest*.

IDEM.

*Vina* morvent *animos furis*, *nimumque caloris*

*Vitis* habet: *Vino* pes *ratioque labant*.

L. DE MEYER, *Libr. I. de Ira*.

Quid *non ebrietas designat?* *operta* *recludit*,

*Spes* jubet esse *ratas*, in *praelia* *trudit inermem*. *Et rel.*

HORATIUS, *Libr. I. Ep. V. v. 16.*

*Vinum* *vera* *vetus* *promit*, *mysteria* *prodit*:

*Sicca* *latent* *hominum pectora*; *pota* *patent*.

OWENUS, *L. ad Rog. Andoin. Epigr. IV.*

*Lubrica* *ne* *segni* *consumas* *tempora* *luxu*,

*Ne mentem* *minuas* *ebriitate* *tuam*.

*Sed* *forte* *ad pingues* *si* *carpis* *gaudia* *mensas*,

*Providus*, *a nimio* *disce* *cavere* *mero*.

*Qui sapiens* *alias*; *spumantia* *pocula* *reddunt*

*Amentem*, *& crasso* *membra* *sopore* *rigant*.

*Ergo surge* *prius*, *quam* *te* *temulentia* *vincat*,

*Ut* *maneas* *custos* *mentis*, *ut* *ante*, *tuæ*.

HAPPARDUS.

---

Nam nullum crimen vini est. Alii, inter quos iterum Parisiensis. Adhuc aliis est: Nam crimen vini nullum est, s. c. b.

( XXII. )

CONSILIUM ARCANUM TACITO COMMITTE  
SODALI:

CORPORIS AUXILIUM MEDICO COMMITTE  
FIDELI.



Μήτιν ἀπόβητον σιγηλῶ κοίνου ἑταίρω  
Χρωτὸς ἀκεσορίην πισῶ πίσεισον ἰητρῶ,

*Commit thy Secret to a Friend that 's sure:  
With a good Doctor trust thy Body's Cure.*

Laß einen treuen Freund geheimen Anschlag hören:  
In Leibes Schwachheit soll ein treuer Arzt dich lehren.

Betrou uw's harts geheim aan eenen trouwen Vrient:  
Zoek voor uw lyf een Arts, die voorschryft wat u dient.

*Qu'à l'Ami bien connu son Secret on révèle;  
Comme les maux du corps, au Médecin fidèle.*

## FLOSCULI POETICI.

*Haec soli commissa tibi celare memento,  
Et tacitus nostras intra te fige querelas.*

JUVENAL. Sat. IX. v. 93.

*Eidem homini, si quid recte curatum velis,  
Mandes. Moriri sese misere mavolet,  
Quam non perfectum reddat, quod promiserit.*

PLAUTUS, *Asinar. Act. I. Scen. I. v. 106.*

*Cujus tu fidem in pecunia perspexeris,  
Verere verba ei credere? ——— ———*

TERENTIUS, *Phormion. Act. I. Scen. II. v. 10.*

*Firma valent per se, nullumque Machaona quaerunt:  
Ad medicam dubius confugit aeger opem.*

OVIDIUS, *Libr. III. d. Pont. El. IV. v. 7.*

*Corpora vix ferro quaedam sanantur acuto:  
Auxilium multis succus & herba fuit,*

IDEM, *Libr. II. Rem. Amor. v. 131.*

*Ut valeant aliae ferrum patiuntur & ignes:  
Fert aliis tristem succus amarus opem.*

IDEM, *Heroid. Ep. XX. v. 183.*

*Nunquam, crede mihi, a morbo curabitur aeger,  
Si multis medicis creditur una febris.*

OWENUS, *Ethicor. Epigr. LXIX.*

*Vel perfecte artem discant, vel non medeantur.  
Nam, si aliae peccent artes, tolerabile certe est:  
Haec vero, nisi sit perfecta, est pena pericli,  
Et saevit, tanquam occulta atque domestica pestis.*

PALING. *Leonis v. 831.*

*Non, quae Paeonio sanat medicamine morbos.*

IDEM, *Tauri v. 65.*

*Hac fuit illustris Paeon, clarusque Machaon.  
Hippocratesque sibi aeternum quaesivit honorem.  
Quid memorem cunctos, quibus haec ars contulit olim  
Et lucrum & laudem, & demum post funera famam?  
Egregius medicus mendicus non erit unquam.*

IDEM, *Capricorni, v. 350.*



( XXIII. )

SUCCESSU INDIGNOS NOLI TU FERRE  
MOLESTE:

INDULGET FORTUNA MALIS, UT LAEDERE  
POSSIT.




Ἐἰ τινες εὐτυχεύουσιν ἀνάξια, μὴ Φέρ' ἀηδῶς  
Ἰλαός ἐσι τύχη τοῖς δειλοῖς, ὄφρα κακώτη.

*To see bad Men thrive, grieve not thou at all;  
Fortune smiles on them to their greater Fall.*

Wenn Unrecht Fortgang hat; so laß dich's nicht verdriessen:  
Dem Bösen hilfe das Glück/ und tritt ihn doch mit Füßen.

Ontmoet den boozen goedt, gy zult dat licht verdragen,  
't Geval volgt hun wat in, om hen daar na te plagen.

*Ne portez point envie au bonheur du Méchant,  
Que sa fortune enfin étouffe en l'embrassant.*



VARIANS LECTIO. *Successu indignos noli tu ferre moleste.* Sic verum legit Erasmus, ex quo tu tollendum suadet, restituens ultimam *f* litteram voci *Successus*. Verum qualis inde verus, non dicam fueret, sed proreperet? *Succes-sus in-dignos-noli-ferre mo-leste.* Jam igitur corrigendi licentiae omnes apertae tum portae, tum fenestrae. Emendarunt enim Viri docti paul-

## FLOSCULI POETICI.

Demens superbis *invidet felicibus.*AUSONIUS, *Pittaco Mityl. v. 3.*

SUCCESSUS ad PERNICIEM multos devocat.

PHAEDRUS, *Lib. III. Fab. V. v. 1.*

Abstulit hunc tandem Rufini poena tumultum  
 Absolvitque Deos. Jam non ad culmina rerum  
 Injustos crevisse queror. TOLLUNTUR IN ALTUM,  
 UT LAPSU GRAVIORE RUANT. — — —

CLAUDIUS, *Lib. I. in Rufin. v. 20.*Nil adeo *validum* est, adamas licet alliget illud,Ut *maneant* rapido firmius igne Jovis.Nil *ita sublime* est, supraque pericula tendit,Non *sit ut inferius* suppositumque Deo.

Nam quamquam vitio pars est contracta malorum,

Plus tamen exitii numinis ira dedit.

OVIDIUS, *Trist. Lib. IV. El. VIII. v. 45.*

Quid refert igitur quantis jumenta fatiget  
 Porticibus, quanta nemorum vectetur in umbra,  
 Jugera quot vicina foro, quas emerit aedes?

NEMO MALUS FELIX. — — —

JUVENALIS, *Sat. IV. v. 5.*

Vidi repente, *quam pede lubrico*  
 Starent *superbi*, quam stabiles parum  
 Opes tenerent; *quam fragili loco*  
 Fultos *ruina praecipiti trabas.*  
 Procella vindex ut sonuit tuae  
 Irae, *fugaces cum domino suo*  
 Evanuerunt *divitiae*: manet  
 Umbra *invidendae nulla potentiae.*

BUCHANAN., *Paraphrasi Ps. LXXIII. v. 18 & 19.*  
*Stroph. 17. & 18.*


---

pauulatim hunc in modum, tolerabilem quidem, sed non genuinum:

*Noli successus indignos ferre moleste.* Quid autem planius simul & aequius, quid pariter factu fuisset facilius, quam restituere, quod nos jam facimus, pristinae suae lectioni, absque omni immutatione, versum; accipiendum tantum dictionem: *Successu*, eo Regiminis casu sexto, quem proxime sequens: *indignos*, suo jure, postulat?

( XXIV. )

PROSPICE, QUI VENIANT, HOS CASUS ESSE  
FERENDOS:

NAM LEVIUS LAEDIT, QUIDQUID PRAEVIDIMUS  
ANTE,




Δυσυχίας προνόησον ἐπερχομένας ὑπομείναι·  
Κουφοτέρως λυπεῖ τὸ προειδόμενον φρεσὶν ἡμῶν.

*Foresee to bear such Things on thee may light:  
An Evil hurteth less by good Foresight.*

*Gedencke was nicht ist / das könne leicht geschehen:  
Diel minder schadet das / was wir vorher gesehen.*

*Ziet gy kwaadt te gemoet, gedenk, het moet geschiên.  
Ons hindert minder wat men eerst al heeft voorzien.*

*Prévoiez tous les Maux, qui peuvent vous surprendre:  
Ils nuisent beaucoup moins, à qui sçait les attendre.*



VARIANS LECTIO. *Prospice, qui veniant, &c. Erasmus & plures alii.  
Casus hos esse ferendos. Scriber. sua, ut videtur, auctoritate.*

*Nam levius laedit, quidquid providimus ante. Reperit in pervetustis Codd.  
Aint-*

FLOSCULI POETICI.

*Istuc est sapere, non quod ante pedes modo est  
Videre, sed etiam illa, quae futura sunt,*  
PROSPICERE.

TERENTIUS, *Adelphōv Act. III.*  
*Scen. IV. v. 23.*

*Exprome. Clades scire qui refugit suas,  
Gravat timorem. Dubia plus torquent mala.*

SENECA, *Agamem. v. 413.*

*Improvisa magis feriunt mala : Mensque periclo  
Anxia praesenti est, consiliumque fugit.*

L. DE MEYER, *Libr. III. de Ira.*

*Prudentes animo ventura pericula cernunt.*

POSTHIUS.

*Qui praesentia conspicit,  
Prae ventura videt, praeteriti memor,  
Prudentem merito vocant*

*Omnes, qui valeat consulere optime. —*

*Guttam praetulerim boni  
Solertisque viri doliolis opum :*

*Fortunam siquidem potest  
Prudens ingenio commoderarier.*

SAMBUC. p. 217. tit. Θέλω φριῶν καταγυρῶς  
ἢ τύχης πιδον.

*Gignere quae possit veniens incommoda tempus,  
Ante procul vigili cernere mente decet.*

POSTHIUS.

*Omnia praecepti, atque animo mecum ante peregi.*

VIRGILIUS, *AEnoid. Libr. VI. v. 105.*

*Retia pennatis nequeunt praevisa nocere :  
Tu quaecumque vides, retia mentis habe.*

JO. SARESBURIENS. *Proh.*  
*Policrat. v. 113.*

*In vulgare illud : RESPICE FINEM.  
Respice Principium potius; sed PROSPICE FINEM:  
Coelum suspiciens, despiciensque solum.*

OWENUS, *Libr. III. Ep. CLX.*

Arntzenius. Nec id male quidem, sed non tantum dicit hic Noster. Vult enim monstrare : Tela, quod ajunt, praevisa minus nocere. Quibus vero recte jam provisum est, ea non modo levius, sed omnino non laedunt.

*Quidquid praevideris ante.* Iterum Erasmi stipatus ab aliis.

( XXV. )

REBUS IN ADVERSIS ANIMUM SUBMITTERE  
NOLI:

SPEM RETINE. SPES UNA HOMINEM NEC MORTE  
RELINQUIT.




Μη ψυχῆ καταπιπῶ ἐν ἀμηχανίῃσιν ἀπογνοῦς,  
Ἐλπίδα δὲ κρατέειν οὐδὲ θνήσκοντας ἑῶσαν.

*In adverse Fortunes let not down thy Head:  
Keep Hope; Hope never leaves Men, no, not dead.*

*Sei frisch und unverzagt / wann alles kracht und bricht:  
Halt Hoffnung. Hoffnung läßt uns auch im Tode nicht.*

*Verlies den moet niet, schoon u alles tegen gaat.  
Houd hoop: 't is hoop, die ons in 't sterven niet verlaat.*

*Jusqu'à perdre l'Espoir ne nous abattons pas:  
C'est - lui qui nous soutient même jusqu'au trépas.*



VARIANS LECTIO. *Spes una homines nec morte relinquit.* Scriv. post  
Flo-

## FLOSCULI POETICI.

- — *Aspera multa*  
*Pertulit, adversis rerum immerfabilis undis.*  
HORATIUS, Libr. I. Ep. II. v. 21.
- Saepe aliquem follers medicorum cura reliquit;  
*Nec spes huic, vena deficiente, cadit.*  
OVIDIUS, Libr. I. d. Pont. El. VII. v. 35.
- Vivere spe vidi, qui moriturus erat.*  
IDEM, alibi, citat. ad h. D. ab Erasmo.
- Finirent multi leto mala: credula vitam  
*Spes fovet, & melius cras fore semper ait.*  
TIBULLUS, Libr. II. Eleg. VII. v. 1.
- Spes etiam valida solatur compede vincitum.*  
*Crura sonant ferro; sed canit inter opus.*  
Ibid, v. 7.
- Spes fovet in medio iactatos aequore nautas:*  
*Spes fovet armatos, spes fovet agricolas.*  
*Spes fovet inclusos ten broso carcere fontes;*  
*Et nos in vita spes quoque sola tenet.*  
M. A. MURETUS, Eleg. IV.
- Durate & vosmet rebus servate secundis.*  
VIRGIL. Aeneid. Libr. I. v. 207.
- Spes bona dat vires, moestaque corda levat.*  
REUSNERUS,
- Occiduis hominum rebus spes sola relicta est,*  
*Quae jubet, expectes ut meliora malis.*  
*Continet adflictas blanda expectatio mentes,*  
*Atque novam subiens praemeditatur opem.*  
SAMBUCUS, Epigr. tit. Spes. p. 346.
- Explorant adversa viros; perque aspera duro*  
*Nititur ad laudem Virtus interrita clivo.*  
SILVESTER.
- Cum mihi sit casus prudentia nulla futuri,*  
*Quid speremve boni, quid metuumve mali;*  
*Non despero tamen. Cum spe mihi Spiritus exit:*  
*Producit vitam spes mihi longa brevem.*  
OWENUS, Libr. III. Epigr. XCIX.
- O Spes fallaces!*  
*O Res fallaces potius! Spes vero fideles!*  
*Quae vel ad extremum nos comitantur iter.*  
IDEM, ibid. Epigr. XXXII.

Florent. Edit. Al. *Spes unâ homines in morte relinquit. Et sic, scire, credibilis, scripsisse hominem, christianis non initiatum mysteriis.*

140 · DIONYS. CATONIS DISTICH.

( XXVI. )

REM, TIBI QUAM NOSCES APTAM, DIMITTERE  
NOLI.

FRONTE CAPILLATA; POST EST OCCASIO  
CALVA.



Μη τάπερ ἄν γνοίης σοι πρόσφορα, ταῦτα προέσθαι.  
Πρόσθε κομᾶ μὲν ὁ Καῖρος, ὀπίσθεν δὲ ἐστὶ φαλακρός.

*Let not a Thing slip, that doth please thy Mind:  
Time hath a Lock before, but's bald behind.*

*Kome dir was Gutes silt / so nim sein alsbald wahr:  
Dann die Gelegenheit hat einzig voren Haar.*

*Zoo u wat goedts ontmoet, zo neem uw tyd wel waar.  
Gelegenheit heeft maar alleen van voren haar.*

*Saisis l'Occasion dans sa course legere:  
On la prend par le front, mais jamais par derriere.*



VARIANS LECTIO. R. t. quam noscis aptam d. n. Quidam, & placet Arntzenio, ubique brevem in caesura, imo bis, uno hoc in Disticho, eandem caesurae praerogativam, adfectanti. *Fronte capillata est, post haec Occ. e.*  
Al.

## FLOSCULI POETICI.

Sum dea, quae rara, & paucis OCCASIO nota.

Quid rotulae infistis? Stare loco nequeo. —

Crine tegis faciem? Cognosci nolo. Sed heus tu  
Occipiti calvo es? Ne tenear fugiens.

AUSONIUS, Epigr. XII. v. 3. & 7.

Quae tu? *Cuncta domans Occasio*. Quis statuit te?

*Lysippus, Sicyon cui patria artificii.*

Cur rotulae infistis? *Circumferor usque*. Quid alae  
Affixae pedibus? *Me levis aura rotat.*

Cur dextrae est inserta novacula? *Scilicet anceps*  
*Cessantes acies haec mea ferre nequit.*

Quid CRINITA autem FRONS monitrat? *Ut obvia prenda.*

Cur CALVUM PARTE est POSTERIORE CAPUT?

*Quod semel oblatam qui me permittit abire,*  
*Copia ei in reliquum non datur ulla mei.*

*Ingeniosa manus talem tibi me dedit, Hospes,*  
*Ut fias istis cautus ab indiciis.*

MATTHIAS BERGIUS, e Graeco POSIDIPPI,  
quod una cum ERASMI interpretatione sistimus in  
Histo. huj. Diss. Critica. Vid. & Alciat. p. 167. Nos  
hoc ab initio transpositum paullo inmutavimus.  
Conf. huc et PHAEDR. Libr. V. Fab. IX. tot.

Amplectenda SUO VENIENS OCCASIO CRINE.

Non, contemta semel, SORS FUGITIVA redit.

LAUTERBACHIIUS.

Quae facienda putas, seros ne differ in annos.

Immensas nocuit neclere saepe moras.

AULAEUS.

Utile qui sequitur, discernat tempora, causas:

Anni mille negant, hora quod una tulit.

SAMBUCUS, p. 125. Embl. tit. tempestiva profunt.

Sedula apis flores, formicaque sedula aristas,

Haec aetate, illa at vere tepente, legit.

Sic, ubi tempus erit, rebus fac sedulus instes:

Est opportuna falce secanda seges.

RUDINGERUS.

Tu, quamcunque Deus tibi fortunaverit horam,

Gratâ sume manu: nec dulcia differ in annum.

HORATIUS, Libr. I. Ep. XI. v. 22a

Stultum est, praesentem cum possis carpere fructum

In longam differre diem: Mora temporis adfert

Difficiles nodos & dura obstacula saepe.

HOSPITALIUS, Epist. Libr. II. p. 103.

Tolle moras: Semper nocuit differre paratis.

Al. sed post. It. Alii, Sanctiana duce Minerva: postica Occ. calva. Arntzeniana  
mallet: Ante capillata. Sed quid obstat, quo minus capillata cum Fronte etiam  
casu jungamus? Occasio, quippe cujus capillata frons est; propterea ab occipitio  
glabra a pictoribus, postatum interpretibus, repraesentatur.



142 DIONYS. CATONIS DISTICH.

---

( XXVII. )

QUOD SEQUITUR SPECTA, QUODQUE IMMINET,  
ANTE VIDETO:

ILLUM IMITARE DEUM, PARTEM QUI SPECTAT  
UTRAMQUE




Δέρκου ἐνὶ φρεσὶν ἦσι τὰ τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα.  
Τόν τε θεὸν μίμησαι, ὃς ἀμφοτέρωθεν ὀπώπει.

*What 's past consider, what 's to come foresee:  
In this like Janus, that looks two Ways, be.*

Was weg ist und was folgt / darvon nim deinen Rath /  
Und sey wie jener Gott / der zwey Gesichter hat.

Zie wat 'er volgde en op het geen wel haaft geschiedt.  
En volg dien Godt na, die uit twee gezichten ziet.

*Semblable au vieux Janus, ce Dieu double-visage ;  
Du Passé au futur quitte-toi toujours sage.*



VARIANS LECTIO. *Expecta*. Male, vel Arntzenio iudice, qui tamen ipse Poëtae mentem non adsequitur. „ Jubet enim, ait, spectare ea, quae „ post sunt, i. e. quae sequuntur, & quae ante imminent, i. e. quae ante „ sunt“. Cum is potius jubeat spectare retro, quae jam praeterita, & pro- „ spectare antea, quae postmodo sint futura. Unde recte Erasmus; *Illud autem sequi-*

## FLOSCULI POETICI.

Quisquis es, ô prudens, *FANUM* sectare bifrontem:  
Sunt ora atque oculi tergo adhibenda tibi.

Ingenii virtus, reminiscendique facultas,  
Ista, quod a tergo est, illa, quod ante, videt.

OWENUS, Lib. II. Ad Henr. Pr. Ep. XLIII.

*FANE* biceps, anni tacite labentis origo,  
Sols de superis qui tua terga vides.

OVIDIUS, *Fast.* Libr. I. v. 65.

*FANE* bifrons, qui jam transacta futuraque calles,  
Quique retro sannas, sicut & ante, vides:

Te tot cur oculis, cur fingunt vultibus? An quod  
Circumspectum hominem forma fuisse docet?

ALCIAT, *Embl.* XVIII. Citante hæc & ARNTZ  
sed contra se ipsum,

Venturam melius praesagit navita mortem.

Vulneribus didicit miles habere metum.

PROPERTIUS, *Libr.* III. *Eleg.* IX. v. 5.

Mens hominis rerum causas lustratque viderque,  
Harum progressus, eadem praesentia nectens  
Venturis, penetrat subito primordia rerum.

ALES

Haec ratio fortes audacibus, & male cautum

Separat a prudente viro, qui prospicit ante,

Quâ tenus audendum, quae mox eventa sequantur.

HOSPITALIUS.

Conf. & SAMBUC. p. 227. quae ex eo jam ante  
praecerpimus ad *Dist. h. Libr.* XXIV.

sequitur nos, inquit, quod praeterit & a tergo est. Quare & falsa illa distinctionis ratio, quae Scriverio arrisit atque Arntzenio: Quodque inminet ante, videto. Falsa similiter Lectio: Spectaque quod eminent ante. Ill. im. D. qui partem spect. usr. Sciiv. & plures al. Alii iterum: expectat utramque. Quod ridiculum.

( XXVIII. )

FORTIOR UT VALEAS, INTERDUM PARCIOUS  
ESTO.

PAUCA VOLUPTATI, DEBENTUR PLURIS  
SALUTI.



Ἄρκου μὲν πρὸς καιρὸν ὀλίγοσιν, ἔρρ' ὑγιαίνης·  
Καὶ νέμε πᾶρα τρυφῆ· τὰ δὲ πλείονα τῇ ὑγιείᾳ.


*To make you stronger, sometimes eat in Measure.  
We owe more to our Health, than to our Pleasure.*

Starck und wolauß zu seyn / so halte Maasß und Ziel:  
Gesundheit heischet ihr sehr wenig / Wollust viel. Oder:

Gesundheit heischet ihr zwar wenig / Wollust viel;  
Um stets wolauß zu seyn / so thu das Widerspiel.

Zy spaarzaam en houd maat, wiltge in gezontheit leven:  
Gezontheit moet gy veel, de Wellust weinig geven.

*Modérez-vous en tout : Maîtrisez vos Désirs,  
Pour vous mieux conserver, donnez moins aux Plaisirs.*



VARIANS LECTIO. *Fortius ut valeas.* Vulgaris lectio, quam & ipse  
retinuit Scriverius. Sed *Fortior* ex optimis Codd. Arntzenius restituit, cui &  
nos

## FLOSCULI POETICI.

Nonne cupidinibus statuit natura modum? quem,  
 Quid latura sibi, quid sit dolitura, negatum,  
 Quærere plus prodest, & inane abscindere soldo?

HORATIUS, *Libr. I. Sat. II. v. III.*

Accipe nunc, victus tenuis quæ quantaque secum  
 Afferat: In primis valeas bene: Nam variæ res  
 Ut noceant homini, credas, memor illius escae,  
 Quæ simplex olim tibi federit.

IDEM, *Libr. II. Sat. II. v. 69.*

Quod satiare potest, dives natura ministrat,  
 Quod docet infraenis gloria, fine caret.

PETRON. *in Fragmentis.*

Sufficiat cibus ille, famem qui sedat: & illa  
 Vestis, quæ corpus velet, frigusque repellat.

PALINGEN. *Tauri v. 464.*

Ut vivas comede: at non vivas propter edendum.

IDEM, *Geminor. v. 633.*

Qui fragilem longe cupimus producere vitam,  
 Luxuria vitæ cur breviamus iter?

Nolumus & volumus produci tempora vitæ:  
 Nolumus a nobis, malumus a Medicis.

OWENUS, *Libr. III. Epigr. LVII. tot.*

Corporibus vires moderata alimenta ministrant,  
 Atque eadem, si sint immoderata necant.

APHERDIANUS.

Noxius immodicus cibus est; vis vivere sanus?  
 Sufficiant stomacho fercula pauca tuo.

AULAEUS.

nos lubentes adstipulamur. *Pauca voluntati, plures, sed inepte, oculis exhibent.*

( XXIX. )

JUDICIUM POPULI NUMQUAM CONTEMSERIS  
 UNUS:  
 NE NULLI PLACEAS, DUM VIS CONTEMNERE  
 MULTOS.




Μὴ τὴν τοῦ πλῆθους ψῆφον μόνος ἂν ἀθερίσης,  
 Μὴ καὶ τῶν πολλῶν ὀλιγωρῶν οὐδ' ἐν' ἀρέσκῃς.

*The People's Censure never scorn alone,  
 Lest, wilst thou slightest many, thou please none.*

Verwirf nicht / was das Volk von dir für Urtheil spricht:  
 Dann wann du viel verschmäht / so lobt dich keiner nicht.

Het oordeel van al 't Volk zy noit van u verzaakt:  
 Op dat ge een yder niet mishaaft, als ge yder laakt.

*Ne rejettez pas seul la Voix d'un Peuple entier;  
 Ou ce coup d'Etourdi vous coûteroit bien cher.*



VARIANS LECTIO. Nulla. Sed: *dum vis contemnere cunctos*, nostri conjectura tantum est Ainzeli. „Sane, inquit ille, *nulli & cuncti* verius „opponuntur, quam *nullis & multis*“. At, quis non videt, in priore versu  
 fit

## FLOSCULI POETICI.

JUDICIUM VULGI infusum, imbecillaque mens est;  
*Stulta placent stultis*: Obsonia quisque palato  
 Digna suo quaerit; *non omnibus una voluptas.*

PALINGENIUS, *Piscib. v. 573.*

*Hinc periere Sophi complures, quod voluere,*  
 Quando aliquid fieri prave injusteque videbant,  
*Carpere stultorum mores, ac dicere verum:*  
 Et quia non poterant ferre & male facta tacere,  
*Afflicti a stultis, interfectique fuere.*

IDEM, *Capric. v. 338.*

Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum volunt,  
 Nec sunt, hos confector: hisce ego non paro me ut rideant,  
 Sed his ultro *arrideo, & eorum ingenia admiror.*  
 Quidquid dicunt, *laudo*: Id rursum si *negant, laudo id quoque:*  
*Negat quis, nego: ait, aio.* Postremo imperavi egomet mihi,  
 Omnia assentari: *is quaestus nunc est multo uberrimus.*

TERENTIUS, *Eunuch. Act. II. Sc. II. v. 17.*

————— *Advorsus nemini,*  
 Numquam praeponens se illis: Ita *facillime*  
 Sine invidia *laudem invenias, & amicos pares.*

IDEM, *Andr. Act. I. Scen. I. v. 37.*

Ne Mundum e sensu proprio; *tua corrige sensa*  
*Communi e sensu*: Nec enim, tam parvulus, Omne es.

Idem fere, quod quis non illepide ita enuntiatum verbis dedit Germanicis:

*Schick deinen Kopf in die Welt hinein:*  
*Dann dein Kopf ist viel zu klein,*  
*Dasi die Welt sich schicke drein.*

~~~~~  
 sibi mutuo opponi *populum*, hoc est *cunctos, & unum?* Reliquae jam opposi-
 tionis partes servatae erant alteris: *Nullus & Multi.* Habes tibi nunc omnia,
 quae voluisti, sibi in vicem opposita: *Nullus & unus* in medio; *multi & omnes*
 extrema occupant.

143 DIONYS. CATONIS DISTICH.

(XXX.)

SIT TIBI PRAECIPUE, QUOD PRIMUM EST,
CURA SALUTIS.

TEMPORA NE CULPES, QUUM SIS TIBI CAUSSA
DOLORIS.




Πρῶτον ἐνὶ πρώτοις μελέτω σοὶ τῆς ὑγείης,
Μὴ ψέγε τὰς ὥρας· σὺ τοι αἴτιος ἐσσι νόσοιο.

*Have great Care of thy Health, which is the chief:
Blame not the Times, when thou work'st thine own Grief.*

Du solt / wol auf zu seyn / dein selbst vornehmlich pflegen /
Um nicht / was du versehn / der Zeit zur Last zu legen.

Voor alle dingen ga uw welvaart u aan 't hart:
Zoo niet; gy baart, en niet de tyd, uw' eigen smart.

*Sur tout à la Santé donnez la Préférence:
N'accusez de vos maux que votre Intempérance.*



VARIANS LECTIO. Tempora nec culpes, quum sis tibi causa doloris.
Vel

FLOSCULI POETICI.

Dura aliquis praecepta vocet mea : Dura fatemur
 Esse : Sed *ut valeas multa dolenda feres.*
Saepe bibi succos, quamvis invitus, amarus
Aeger, & oranti mensa negata mihi est.
Ut corpus redimas, ferrum patiaris & ignes,
Arida nec sitiens ora lavabis aqua.

OVIDIUS, *d. Rem. Am. v. 125.*

Vidi ego, quod fuerat primo sanabile vulnus,
Dilatatum longae damna tulisse morae.
Sed quia delectat Veneris decerpere flores,
Dicimus assidue : Cras quoque fiet idem.
Interea tacitae serpunt in viscera flammae,
Et mala radices altius arbor agit.

IDEM, *ibid. v. 101.*

Vivere naturae si convenienter amarent
 Mortales, medica nil opus esset ope.

OWENUS, *Libr. III. Epigr. CXXIII*

Ast hoc, quod dicam, *ut valeas, servare memento :*
Sit victus tibi cura tui : ne noxia sumas,
 Neve nimis comedas : Solet haec mortalibus esse
 Maxima perniciēs : *hinc plurimus ingemit aeger.*

PALINGEN. *Leon. v. 833.*

Si tamen aegrotas, quoniam aegrotare necesse est
 Nonnunquam, quid ages? *Non tu medicamina differ*
Sed cito curam adhibe.

Ibid. v. 785.

Pars sanitatis, velle sanari, fuit.

SENECA, *Hippol. v. 248.*

ORANDUM EST. UT SIT MENS SANA. IN CORPORE SANO.
 JUVENAL. *Sat. X. v. 350.*

Tempora quid culpas? Tibi, quum sis causa doloris,
Hora salubris erit nulla, nec ipsa salus.

E TETRAST. *nostr. post HIST. CRIT.*
hujus Diß.

Vel primo, vel postremo versus membro, vel utrimque, non desunt, qui
 variant.

273 DIONYS. CATONIS. DISTICH.

(XXXI.)

SOMNIA NE CURES: NAM MENS HUMANA
QUOD OPTAT,
DUM VIGILANS SPERAT, PER SOMNUM CERNA
ID IPSUM.




Μη τὰ ἐνύπνια σοὶ μελέτω· τὰ γὰρ εὐχεται ἀνδρῶν
Νοῦς ὕπαι ἐλπίζων, τὰ δ' ὄναρ φαντάζεται αὐτός.

*Regard not Dreams; for what Men wish should be,
When they're awake, they, hoping, in Sleep see.*

Nach Träumen frage nicht: Dann was dein Wachen dir
Für Trost und Hoffnung macht / das bringt der Schlaf herfür.

Sla noit op droomen acht: want dat men wakend zocht
Dat word ons in den Droom voor ons gezicht gebrocht.

*Un Songe est un vrai Rien: Esperez en veillant,
Et vous posséderez cette Ombre, en sommeillant.*



VARIANS LECTIO. *Somnia nec cures.* Idem fere habent Codd., sedulo id notante Arntzenio, qui & superiori Disticho, imo hunc proxime præcedenti scripserant versu: *Tempora nec culpes*: quasi hic aliquis intercederet nexus. Neque is, hic loci, sed casu quodam fortuito, adeo esset ab-

rus

FLOSCULI POETICI.

*Somnia, terrores magicos, miracula, fagas,
Nocturnos lemures, portentaque Theſſala, rides.*

HORATIUS, *Libr. II. Epist. II. vers. 80.*

*Quid natum toties, crudelis tu quoque, falsis
Ludis imaginibus?*

VIRGILIUS, *Aeneid. Libr. I. v. 407.*

*Somnia, quae mentes ludunt volitantibus umbris,
Non delubra deum, nec ab aethere numina mittunt;
Sed sibi quisque facit. Nam quum prostrata sopore
Urget membra quies, & mens sine pondere ludit:
Quidquid luce fuit, tenebris agit.*

Condit avarus opes, desolatumque invenit aurum.

PETRONIUS, *in Fragmentis. p. m. 170.*
Ed. BOURDELOTTI.

*Et quoi quisque fere studio devinctus adhaeret,
Aut quibus in rebus multum sumus ante morati,
Atque in qua ratione fuit contenta magis mens:
In somnis eadem plerumque videmur obire:
Nautae contractum cum ventis cernere bellum:
Nos agere hoc autem, & naturam quaerere rerum
Semper, & inventam patriis exponere chartis.*

LUCRETIUS, *de NAT. RER.*
Libr. IV. v. 563.

*Omnia, quae sensu voluntur vota diurno,
Pectore sopito, reddit amica quies.
Venator defessa toro cum membra reponit,
Mens tamen ad sylvas & sua lustra redit.
Judicibus lites, aurigae somnia, currus,
Vanaque nocturnis meta caverur equis.
Furto gaudet amans, permutat navita merces,
Et vigil elapsas quaerit avarus opes.
Blandaue largitur frustra sitientibus aegris
Irriguus gelido pocula fonte sopor.
Me quoque Musarum studium, sub nocte silenti,
Artibus adsuetis sollicitare solet.*

CLAUDIANUS, *de sexto Consul.*
Honoris, Praefat. v. 1.

Somnia

MUS. Quoniam vero, parili casu, utrimque sequitur e littera, illic in culpas, hic in cures; potius censendum, cum laudato Arntzenio, litterulam illam, ex voce secuta, adhaesisse priori. Sed altioris sunt indaginis, quae sequuntur.

Somnia fallaci ludunt temeraria nocte
 Et pavidas mentes falsa timere jubent,
 Et *vanum* ventura hominum genus omnia noctis
 Farre pio placant & saliente sale.
 Et tamen, utcunque est, sive illi vera moneri,
Mendaci somno credere sive volent,
Efficiat vanos noctis Lucina timores,
 Et frustra immeritum pertimuisse velit;
 Si mea nec turpi mens est obnoxia facto,
 Nec læsit magnos impia lingua deos.

TIBULLUS, *Libr. III, Eleg. IV. v. 7.*

Somnia me terrent veros imitantia casus,
 Et vigilant sensus in mea damna mei.
 Aut ego Sarmaticas videor vitare sagittas,
 Aut dare captivas in fera vincla manus.
Aut ubi decipior melioris imagine somni,
 Adspicio patriae tecta relicta meae,
 Et modo vobiscum, quos sum veneratus, amici,
 Et modo cum cara conjuge, multa loquor.

OVIDIUS, *Libr. I. de Pont. Eleg. II. v. 45.*

Jam

Nam mens humana quod optat, Dum vigilat, sperat, Ita in vetustioribus legere est Codd.; licet & sic paullo durius, ut citharoedus, chorda qui semper eadem oberrat, quater, in continua constructionis serie, scripsisse existimandus esset Noster: optat, vigilat, sperat, cernit. Huic ut obviam iretur, si quod erat, malo, in omnia alia itum est. Et Scriverius quidem, homo quidvis permutare audax, hic tamen a recepta jam Erasmo aliisque lectione non recedit, retinens: *Mens humana, quod optat, Dum vigilat, sperans per somnum cernit id ipsum.* Sed qualis spes, quae videt, imo quae cernit, & visus aliqua jam ratione fruitur? Audacior tamen in transmutando Boxhornius haec nobis tradit:

*Somnia ne cures: nam mens humana, quod optat,
 Dum vigilat, spectat per somnum semper id ipsum.*

Sed, *spectatum* admissi &c. Non tam istud hominis male seduli: *Spectas*, quam frigidissimum illud: *Semper*, tamquam perpetuo semperque somniantis, nescio quo modo male me habet. Utinam sic semper pituita emendarentur Aucto-
 res!

Jamque aut *nocturno penetrat Capitolia visu*,
 Aut rapidis fertur per summas passibus Alpes:
 Saepe etiam famuli, turbato ad lumina somno,
 Expavere trucem per vasta silentia vocem,
 Ac largo sudore virum *invenere*, futuras
 Miscentem pugnas & *inania bella* gerentem.

SILIUS ITAL. *Libr. I. v. 64.*

— — Num ille *somniat*
 Ea, quae *vigilans voluit*?

TERENTIUS, *Andriae Act. V. Scen. VI. v. 7.*

Implet & illa manum; sed parcius: *AEre minuto*
Qualiacumque voles, Judaei *somnia vendunt*.

JUVENAL. *Sat. VI. v. 545.*

At foret in terris nil me felicius uno,
 Si, *quod dormire est*, *hoc vigilare foret*.

HUGO GROTIUS, *Libr. II. Epigramm.*
pag. 299. Edit. 4tae.

— Stygiis *somnia missa locis*:
Somnia, quae miseram *perturbant saepe quietem*,
 Dum mens *incertis pendet imaginibus*.

JAC. SANNAZARIUS, *Libr. II. El. VII. v. 26.*

Quae-

res! Neminem, sane, fallerent, quos ipsis, cum in modum, novi homines
 affluerent pannos & centones. Arntzeuius, qui in hanc depravationem magis,
 quam correctionem, ejusque in auctorem, optimo jure, invehitur, in suo ipse,
 quem nuperrime edidit codice, hanc solam praefert reliquis lectionem:

— Nam mens humana quod optans,
 Dum *vigilat*, *sperat*, per *somnum cernit id ipsum*.

Scilicet cum optio esset inter haec tria: *optans*, *vigilans*, *sperans*, ut quorum
 singulorum exempla aderant, & ipsi integrum erat eligere primum, & nobis,
 alterum; secutis vulgatum illum plurimarum editionum consensum: qui ta-
 men, post tot alias, aliorum & hanc nostram subicere examini conjecturam
 non dubitamus:

Somnia ne cures: Nam mens humana, quod optat,
 Dum *vigil*, & *sperat*; per *somnum cernit id ipsum*.

*Quaecumque mentis agitat infestus vigor ,
 Ea, per quietem facer & arcanus refert ,
 Veloxque sensus. Conjugem, thalamos, rogos,
 Vidisse te miraris, amplexu novi
 Haerens mariti? ——— ———*

SENECA, *Oraviae* v. 729.

Unde facillimum fuerat librariis, unius tantum litterulae *e* in *a* permutatione, effingere ea, quae in optimis inveniuntur atque antiquissimis Codd.

————— ——— *Quod optas, Dum vigilat, sperat*

Ceterum inde plenior adhuc redundaret sensus, accedente pariter, quam neque versus respuit, altera dictionum copula: *&*, hunc in modum:

Dum vigil & sperat; per somnum & cernit, id ipsum.

Vide tamen, quae nos de huiusmodi, qualicumque demum illa, plane non aequè necessaria, ac putarunt Critici, correctione, in *Hist. hujus Dist. Critic.* his dictis porro adjunximus.

FINIS LIBRI SECUNDI.



DIONYSII CATONIS
DISTICHA

DE

MORIBUS AD FILIUM,

POËTICIS ADORNATA

FLOSCULIS.



LIBER III.


PICTURA CARMINE DILUCIDATA.

Vir, cole amicitias, & Amori cede potenti:
Foedera, Civis, ini; tuque ut ameris, ama.
Mutua lex paribus: Conjungat Gratia amantes:
Gratia, concilians omnibus una decus.
Consociata tamen geminisque sororibus una est;
Quod redeat, duplici foenore adauctus, Amor.
Harum tergemini concordia fulcit Amorem
Nexibus; Infantem Simplicitasque capit (a).
Fungere tuque bonis (b): Fungunt sua rostra columbae,
Aligero & Matri quod pecus aligerum est.
AEqua (c) sit ut pietas; Natos, interque Parentes,
Uxorem (d), & Socios (m), hanc bene distribuas (e).
Exemplo (f) ipse aliis, aliena exempla (g) sequaris,
Quolibet ut quodvis tempore conveniet (h):
Nolito (i): facito (k): fugito (l): celato (m): rogato (n):
DILIGITO (c): Quaedam (o) negligitoque (p) sciens.
Utque decet patiens (q), Caros quoque FERRE MEMENTO (r)
Constrictos justae copula Amicitiae:
Qua sine, Doctrinaque, & vita est mortis imago (*):
Tu mihi CONTINEAS haec duo, amore pari.

* Dist. I. (a) v. (b) XX. (c) XXV. (d) XXI. & XXIV. (e) XXII.
(f) VIII. (g) XIV. (h) VII. & XII. (i) XI. & XVI. (k) X. & XIX.
(l) VI. & XIII. (m) IV. (n) XVII. (o) III. & XV. (p) XIX. (q) XVIII.
(r) XXIV.



Diligite caros * salvo tamen ante pudore. 4





P R A E F A T I O .

HOC QUICUMQUE VOLES CARMEN
COGNOSCERE LECTOR,

QUUM PRAECEPTA FERAT, QUAE SUNT
GRATISSIMA, VITAE

COMMODA MULTA FERES. SIN AUTEM
SPREVERIS ILLUD,

NON ME, SCRIPTOREM, SED TE
NEGLEXERIS IPSE.

VARIANS LECTIO. *Hoc quicumque velis.* Non sine auctoritatibus Arntzenius, gravis ceteroquin harum ut putidarum frivoliq; argumenti, Praefationum iudex & contemtor; quae tamen neq; alicujus, licet non vetustissimae carent antiquitatis indicis. Alii: *Hoc quicumque cupis c. c. L.*

Haec praecepta feret. Male; quod contra optime emendavit Scaliger. Secutus vero est illam depravationem novissimus adhuc Metaphrastes Gallus.

Te neglexeris ipse. Quod ad dictionem adinet, hoc vel solum paullo antiquioris aevi & hunc arguit Scriptorem. Omnes, sane, seriozum aetatum, absque haesitatione scripsissent: *te neglexeris ipsum.*

Vide tamen, quae de Praefationum harum Auctore suspicamus, in Historia earum Critica.

(I.)

INSTRUE PRAECEPTIS ANIMUM, NEC DISCERE
CESSES:

NAM SINE DOCTRINA VITA EST QUASI MORTIS
IMAGO.



Τὸν νοῦν ἐντολαῖς ῥυθμιζέ μοι οὔποτε λήγων·
Εἰκὼν γὰρ μόρου ἐστὶ μαθήσις ἄμμορος αἰών·


Not. Pro *μοι* prioris versus multae Poëmatum Scaligeri Editiones, & ipsa Plantiniana ex museo Scriveri, habent: *μοι* *τύος*. Sed *ἐπὶ ἀμείβης* tunc foret, non *ἐξ ἀμείβης*.

*With Learning store thy Mind, cease not to learn ;
Without it none can Life from Death discern.*

*Nim Unterweiffung an / hör' auch nicht auf zu hören:
Des Todes Bildnus ist das Leben ohne Lehren.*

*Leer fteedts wat goedts, en hou toch nimmer op van leeren.
Want leven zonder leer zal in een doot verkeeren.*

*Cultivez votre Esprit : La doctrine rend sage :
Sans science nos jours de la Mort font l'Image.*



VARIANS LECTIO. Codd. permulti, quos inter & Parisiensis Edit. & Anglica, hoc inter bina Praefationis Disticha medium inseruerunt; non mirum igitur & recentissimum Editorem Metaphrascos, sive potius Paraphrascos

FLOSCULI POETICI.

Artibus ingenuis; quarum tibi maxima cura est,

Pectora mollescunt, asperitasque fugit.

OVIDIUS, *Libr. I. de Ponto, Eleg. VII. v. 7.*

Inter cuncta leges & *percunctabere doctos,*

Qua ratione queas traducere leniter aevum?

Ne te semper inops agitet vexetque cupido,

Ne pavor, & rerum mediocriter utilium spes.

Virtutem doctrina paret, naturane donet?

Quid *minuat curas, quid te tibi reddat* amicum?

Quid *pure tranquillet, honos, an dulce lucellum,*

An *secretum iter, & fallentis semita vitae?*

HORATIUS, *Libr. I. Epist. XVIII. v. 96.*

Attamen interea *sapientum incumbere libris*

Est *operae pretium, & rerum perquirere causas:*

Denique *doctrinis variis componere mentem.*

Quippe *animus SINE DOCTRINA est ignavus hebesque.*

PALINGEN. *Sagittar. v. 983.*

Graecis *incumbat libris, pariterque Latinis,*

Et quantum potis est, *evadat doctus, honestos*

Perlegat auctores, & scripta inhonesta refutet.

Indoctum raro esse probum contingit, & atras

Errorum in tenebras mentem ignorantia trudit.

IDEM, *Capricorni v. 101—105.*

Ingenium, studio si non acuatur, hebescit.

OWENUS, *Libr. III. Epigr. CLIII.*

Altera natura est habitus; quam junior *artem*

Perdisces, tollet nulla senecta tibi.

IDEM, *Ethic. II. Epigr. XIII. sub fin.*

— NIL NON MORTALE TENEMUS,
PECTORIS EXCEPTIS INGENIIQUE BONIS.

Gallicae Tetrastichis expressae, tribusque Filiarum Regis, hoc ante biennium dicatae, eidem adhuc subscripsisse errori, quem primus detexit removitque Scaliger. *Ne disceere cesses.* Scripserunt quidam, recensente AMTZENIO.

(II.)

FORTUNAE DONIS SEMPER PAR ESSE
MEMENTO:

NON OPIBUS BONA FAMA DATUR, SED
MORIBUS IPSIS.




Μη δάροισι τύχης ἐλλαμπέρονου ὑπὲρ αἴσαν·
Οὐκ ὄλβω νέμεται καλὸν κλέος, ἀλλὰ τρόποισι.

(Deest Anglica hujus Distichi versio.)

Thu selten dich hervor mit Geld' und Glückes Gaben:
Von Sitten muß man lob/ und nicht von Gütern/ haben.

Heeft u 't Geluk bedacht, noit zwel daarom uw moedt.
Een goedè naam is voor de zeden, niet voor 't goedt.

*Surpasse la Fortune, aussi dans ses largesses:
La gloire est dans les Mœurs, & non dans les Richesses.*



VARIANS LECTIO. *Fortunae donis semper parere memento.* Ita scriptum in optimae notae codd., ostendit Scaliger manifesta scaterere ἀντιλογία cum iis quae statim sequuntur. Quare τὸ *semper* mutatum voluerunt in: *parce*, aut: *parce*. Scriverius nova incude diffingens permutavit in:

Fortunae damnis semper parere memento. Quem sensum & flosculi nostri spirant poetici. Nos rejectum jam multis, inde a Maximi Planudis aetate, propterea

FLOSCULI POETICI.

FORTUNA opes auferre, non animum potest.

SENECA, *Medea* v. 176.

FORTUNA semper omnis intra me stetit.

Ibid. v. 520.

————— Nec te quaesiveris extra.

PERSIUS, *Sat. I.* v. 7.

Respue quod non es. —————

IDEM, *Sat. IV.* v. 54.

Tu ne cede malis, sed contra audentior ito,

Quam tua te FORTUNA sinet. —————

VIRGILIUS, *Aeneid. Libr. VI.* v. 95

Magna quidem, sacris quae dat praecepta libellis,

Victrix FORTUNAE SAPIENTIA. Ducimus autem

Hos quoque felices, qui ferre incommoda vitae,

Nec jactare jugum, vita didicere magistra.

JUVENAL. *Sat. XIII.* v. 19.

Luxuriant animi rebus plerumque secundis:

Nec facile est aequa commoda mente pati,

FORTUNA saevo laeta negotio, &

Ludum insolentem ludere pertinax,

Transmutat incertos honores,

Nunc mihi, nunc aliis benigna.

Laudo manentem: Si celeres quatit

Pennas, resigno quae dedit, & mea

Virtute me involvo, probamque

Pauperiem sine dote quaero.

HORATIUS, *Libr. III. Od. XXIX.* v. 49.

pterea quod male scriptum erat, Distichon ita restituere cogimur, conjectura, qui conjecturis alias non indulgemus, fortasse non infelice; sensu certe nihil minus quam inepto, & sequenti versui admodum congruente. *Par esse memento fortunae donis, ut cures esse quod audis.* Dives, potens es; sis dives animo, doctrina, virtute, polleas bonis moribus, ne videare alijs onustus auro, vel etiam sacra gestans, asellus. Non enim opibus bona f. d. s. m. i. Vel si qua opibus fama dasur, non moribus, ea bona, veta non est.

(III.)

QUUM RECTE VIVAS, NE CURES VERBA
MALORUM:

ARBITRII NON EST NOSTRI, QUID QUISQUE
LOQUATUR.



Ὅρθως ζῶν τὰ κακῶν λεσχάσματα μὴ ἀλεγίζοις·
Οὐ γὰρ ἐφ' ἡμῖν ἐστίν, ἕκαστος τίπτε λαλήσῃ.

*When thou liv'st well, mind not what lewd Folks say;
It is not in your Power their Tongue to sway.*

Du darfst nicht / lebst du recht / nach bösen Mäulern fragen:
Es lieget nicht an uns / was der und jener sagen.

Leef vroom en acht niet, wat de booze Menschen praaten.
De Magt op Yders tong is niet aan ons gelaaten.

*Aux Cris des médifans n' opposons nul Pouvoir:
Laiſſant parler les Fous, faisons nôtre Devoir.*



VARIANS LECTIO. *Quum recte vives.* In quibusdam se legisse testatur
Aentzenius: In unico etiam *Nec curat v. m.* iterum adhaerente littera e se-
quenti

FLOSCULI POETICI.

Conscia mens recti famae mendacia ridet :

Sed nos in vitium credula turba fumus.

OVIDIUS, *Libr. IV. Fastor. v. 329.*

— — Hic *murus abeneus* esto:

Nil conscire sibi, nulla pallefcere culpa.

HORATIUS, *Libr. I. Ep. I. v. 60.*

— — Nugae! Non, si quid *turbida Roma*

Elevet, accedas: examenve improbum in illa

Castiges trutina. — — — — —

PERSIUS, *Sat. I. v. 5.*

Inter multiloquos, & grandia verba ferentes,

Esto tardiloquus, estoque pauca loquens.

Dum linguas acuunt alii, tibi calleat auris,

Et fit Dulichio remige furda magis.

Nec tantum valeat temeraria lingua loquentis,

Pectoris ut possit rumpere claustra tui.

Si patiens fueris, nunquam tibi verba nocebunt;

Turbatorque tuae nemo quietis erit.

Excutiet pacem, quam dat patientia, nullus;

Sit licet exermis, conterit arma tamen.

Utantur linguis; tu viribus utere mentis,

Si fapis: A linguis gloria magna venit.

JOH. SARESBERIENSIS, *Policratici*
Carminis Isagogico v. 231.

Fautorum abunde est, nuda cum Virtus favet:

Sat testium, una teste Conscientia,

Quae sola vincit mille testium fidem:

Nec credit ulli, quam sibi, de se magis,

Hanc nec sinistra deprimit calumnia,

Nec indecora tollit assentatio,

Vulgive plausus: non movere de statu

Formidolosae temporum vices queunt.

BAVDIUS, *Libr. I Gnom. Jamb. XXIX. p. 311.*
Confer huc etiam a Daumio citata.

quentis vocis proxime antecedenti. Alius dedit: *Arbitrium non est nostri q. q. l.*
Ferperam; melius Paris. n. & alii: *Arbitrii nostri non est.* Unica Editio: *quod*
quisque l.

(IV.)

PRODUCTUS TESTIS, SALVO TAMEN ANTE
PUDORE,
QUANTUMCUMQUE POTES, CELATO CRIMEN
AMICI.



Ἦν κληθῆς ποτὲ μάρτυς, ὅσον τηρεῖν τὸ συνειδὸς,
(Ὡς γε μάλις αὐτὴ δύνῃ) τοῦ γκλήμα κάλυψον ἐταίρου.

*Being produc'd as Witness, what thou can
Hide thy Friend's Faults; yet play the honest Man.*

Wann Zeugnis auf dir ligt / so viel du kanst und magst;
So schaue zu / daß du nicht deinen Freund verklagst.

Zyt gy, met eer, tot een getuige voortgebracht,
Bedek de schult uw's vrients, zoo veel is in uw magt.

*Contre un Client cheri comme Témoin cité,
Dissimulant ses torts, sauvez la Probité.*



VARIETATES LECTIIONIS, practer Scribarum vitia, nullae.

FLOSCULI POETICI.

— Penitus notum, si tentent crimina, ferves,
 Tuterisque tuo fidentem praesidio: qui
 Dente Theonino quum circumroditur, ecquid
 Ad te post paulo ventura pericula sentis?

HORATIUS, *Libr. I. Ep. XVIII. v. 80.*

— — Absentem qui rodit amicum;
 Qui non defendit, alio culpante: Solutos
 Qui captat risus hominum, famamque dicacis:
 Fingere qui non visa potest; commissa tacere
 Qui nequit: *Hic niger est, hunc tu, Romane, caveto.*

HORATIUS, *Libr. I. Sat. IV. v. 81.*

Vellem in amicitia sic erraremus: & isti
 Errori nomen virtus posuisset honestum.
 At, pater ut gnati, sic nos debemus amici,
 Si quod sit vitium, non fastidire; strabonem
 Appellat paetum pater; & pullum, male parvus
 Si cui filius est. — — — — —
 Parcius hic vivit? Frugi dicatur. — — — — —

— — — — — Opinor,
 Haec res & jungit, junctos & servat amicos, — — — — —
 Nam vitiiis nemo sine nascitur: Optimus ille est,
 Qui minimis urgetur. — — — — —

— — — — — Paullum deliquit amicus?
 Quod nisi concedas, habere in suavis, acerbus
 Odisti, & fugis, ut Drufonem debitor aeris.

IDEM, *ibid. Sat. III. v. 41. 49. 53. 68. 84.*

Ergo, ut defendi nullo mea posse colore,
 Sic excusari crimina posse puto.
 Qua potes, excusa: nec amici desere causam.
 Quo pede coepisti, sic bene semper eas.

OVIDIUS, *Trist. Libr. I. Eleg. VIII. v. 63.*

Nam quis non juvet, aut quis non tueatur amicum,
 Propugnet, tutumque omni discrimine reddat,
 Quandocumque potest, si vere diligit illum?

PALINGEN, *Scorpii v. 940.*

Nomine quo gaudes, nisi causas egeris, Aeli,
 Non ego te possum dicere Causidicum.

HADRIANUS VALESIUS, *in Valestianis.*

(V.)

SERMONES BLANDOS BLAESOSQUE CAVERE
MEMENTO.

SIMPLICITAS VERI FAMA EST: FRAUS, FICTA
LOQUENDI.




Μύθους αἰμυλλίους καὶ κοτίλλοντας ἀλεύου·
Μάρτυς ἀληθοσύνης ἀπλότης, δόλος αἰολομύθων.

*Soothing and lisping Speeches still beware:
Plain Truth is sound, but Lies deceitful are.*

*Sich' auf / daß kein Betrug in süßen Worten sey !
Die Einfalt redet wahr ; list steckt bey Neudheley.*

*Wacht u voor schoonen praat en looze vleiery.
't Is enkel maar bedrog, daar is geen waarheit by,*

*Gardez-vous des flatteurs : La Sincerité n'use
Jamais de ces Détours, desquels se sert la Ruse.*



VARIANS LECTIO. *Sermones blandos blaesosque.* Inveniri in multis vocat Cl Arntzenius. Quemadmodum, ait, sic Graeci βλάτος (scribendum fuisset βλατός) & βλαισός dicunt. Bene, sane; sed si a βλαισός derivata vox esset, tum utique prior syllaba ob graecum ε corripienda fuisset, veluti hanc verbi gratia in modum: *Blandosque blaesosque.*

Verum ex mera scribarum incertia incuriaque, qui & plerumque *πτε* in particulae *πραε* vicem substituunt, suam hoc inscriptionis trahit originem. Nihil enim moror quod βλαισσός quoque Pollux habeat: Namque & tum duplici

FLOSCULI POETICI.

Credidimus blandis, quorum tibi copia, *verbis.*

OVIDIUS, *Heroid. Ep. II. v. 49.*

Impia sub dulci melle venena latent.

IPSE, *Libr. I. Am. Eleg. VIII. v. 104.*

Pelliculam veterem retines, & fronte politus,

Astutam vapido servas sub pectore vulpem.

PERSIUS, *Sat. V. v. 116.*

Fallit enim vitium specie virtutis & umbra.

JUVENALIS, *Sat. XIV. v. 109.*

Habent insidias hominis blanditiæ mali.

PHAEDRUS, *Libr. I. Fab. XIX. v. I.*

Turpis adulator, quid densis vimina fylvis,

Aut, quid Carpathiis fluctibus addis aquas?

Parce animum blandis, scelerate, laceffere verbis.

Ut nihil adjicias, sponte difertus erit.

L. DE MEYER, *Libr. I. de Ira.*

Una cui lingua est; animi sententia duplex,

Fictus amor, laedit quolibet hoste magis.

Cum vitium specie sese virtutis obumbrat,

Promptius in casses pectora nostra rapit.

SCHOONHOV. *Embl. XXXVII.*

Habet suum venenum blanda oratio.

P. SYRUS, *Mim.*

catum sibilam vel Diplasiasmus latinus imitator eodem modo expressisset. Ceterum ante Scaligerum, qui e Pithoeano cod. correxit, alterius versus vulgata lectio hæc erat: *Simplicitas veri sana est.* Quam adhuc retinuit Paris. nov. & Anglus, tum in versione, tum in textu latino. In omnia alia abierunt feriores. *Veri forma est. Veri norma est.* Voluerunt, hoc Scriverius quidem; illud Barthius. Alius laus habet, & sensu, ut videtur, activo, pro: *fraus.* Denique laudatus nobis sic emendaturus erat Arntzenius: *Simplicitas vera est fantis; fraus, ficta loquentis.* Quod, profecto, non caret ingenio; sed ea, quam præ se fert, commendata adeo *Simplicitate.*

176 DIONYS. CATONIS DISTICH.

(VI.)

SEGNITIEM FUGITO, QUAE VITAE IGNAVIA
FERTUR:

NAM, QUUM ANIMUS LANGUET, CONSUMIT
INERTIA CORPUS.



Ναυρείην φεύγ' ἥτις ἀργίη ἐστὶ νόοιο·
Εὖ τ' ἂν ἔ νοῦς ἀτονῆ, τὸ δέμας δαπανᾶται ἀργούν.

*Fly Sloth and Sluggishness; for, when the Mind
Grows faint through Idleness, the Body's pin'd.*

*Leg' alle Schläfrigkeit im Wandel von dir hin:
Der Leib erstirbt hernach / entschläft dir erst der Sinn.*

*Vlied alle traagheit, en de vadzigheid van 't leven.
Het flauw gemoedt kan aan het lyf geen kragten geven.*

*Fuyons Pôissveté, détestons la paresse:
L'Ame ainsi que le corps, languit dans la mollesse.*

Laborare Dist. sensere plures ex voce *Ignavia*: Cui substituunt aliqui: *noxia*.
Forse erat: *incuria*.

FLOSCULI POETICI.

*Cernis, ut ignavum corrumpant otia corpus,
 Ut capiant vitium, ni moveantur, aquae:
 Sic mihi, si quis erat ducendi carminis usus,
 Deficit estque minor factus inerte situ.*

OVIDIUS, *Libr. I. de Ponto,*
Eleg. VI. v. 5.

*Dum vires annique finunt, tolerate labores:
 Jam veniet tacito curva senecta pede.*

IDEM, *de art. Libr. II. v. 669.*

*Dimidium facti qui coepit habet; sapere aude:
 Incipe, vivendi qui recte prorogat horam,
 Rusticus expectat, dum defluat amnis: At ille
 Labitur, & labetur in omne volubilis aevum.*

HORATIUS, *Libr. I. Epist. II. v. 40.*

*Exercere etiam corpus mediocriter, apto
 Tempore conducit multum, viresque reducit,
 Segnities robur frangit: longa otia nervos
 Debilitant, ignava quies effeminat artus.*

PALINGEN, *Capricorn. v. 137.*

*Segnitia nihil est pejus: Praesentia perdit
 Commoda, quae nondum parta, parare vetat.*

MEYERUS.

*Semper agas aliquid: Corrumpunt otia mentem.
 Desidia est omnis causa caputque mali.*

AULAEUS.

Languida corrumpunt ignavas otia mentes.

ANDRELINUS.

Qui sapit, ignavos non finit ire dies.

IDEM.

*Desidia humorum densam cumulante saburram;
 Nativus calor obruitur.*

CL. QUILLETUS, *Abbas, in Callipaedia.*

(VII)

INTERPONE TUIS INTERDUM GAUDIA
CURIS,

UT POSSIS ANIMO QUEMVIS SUFFERRE
LABOREM.




Ταῖς ἰδίαις μελεδῶσιν ἐναλλάξ ἔμβαλε τέρψεις,
"Ὅφρα δόνησθαι νόῳ μάλα τετλάμεν ὄν τινα μόχθον.

*Mirth with thy Labour sometimes put in ure,
That better thou may'st thy Labour endure.*

Nach Sorgen ordne dir bißweilen Freuden an/
Daß dein Gemüth' erneu't die Arbeit tragen kan.

Meng nu en dan den last der zorgen met wat vreugt,
Op dat gy kloek van moedt weêr arbeit uitstaan meugt.

*Que les plaisirs aux soins succedent à-propos,
Pour que mieux notre Esprit retourne à ses travaux.*



FLOSCUL. POETICOR. RESIDUUM.

*Est cunctis requies tribuenda, nec omnibus labores
Horis sunt repetendi, animus simul otio levandus.*

SAMBUCUS, Emblem. p. m. 126.

*Est etiam curis requies adhibenda molestis:
Si nimium intendas, chorda redibit iners.
Non durant vires; adamas quoque frangitur arte:
Quaeque suo laxas tempore, firma manent.*

IDEM, Epigr. p. 338.

FLOSCULI POETICI.

Quod caret *alterna requie*, durable non est:

Haec *reparat vires*, fessaque membra levat.

OVIDIUS, *Heroid. Ep. IV. v. 19.*

Me quoque *debilitat series immensa laborum*,
Ante meum tempus cogit & esse senem.

Otia *corpus alunt*, animus quoque pascitur illis:

Immodicus contra carpit utrumque labor.

IDEM, *Libr. I. e. Pont. El. V. v. 19.*

Otia *nunc isthic*, junctisque ex ordine ludis

Cedunt verbosi garrula bella fori.

Lusus equo nunc est, levibus *nunc luditur* armis:

Nunc pila, nunc *celeriter vertitur orbe trochus.*

IDEM, *Trist. III. El. XII. v. 17.*

Quin potius placido noli umquam parcere ludo,

Projice tristitias, & *renovare jocis.*

Obtundunt siquidem *curarum pondera sensus*:

Intermissa minus sarcina pondus habet.

CORNEL. GALLUS, *El. V. v. 67.*

————— Quondam cithara tacentem

Suscitat Musam, *neque semper arcum Tendit* Apollo.

HORATIUS, *Libr. II. Od. X. v. 18.*

Sic *ludus animo* debet aliquando dari,

Ad cogitandum *melior ut redeat* tibi.

PHAEDRUS, *Libr. III. Fab. XIV. v. 12.*

Post multa virtus *opera laxari* solet.

SENECA, *Herc. fur. v. 475.*

Et solet interdum *lassata quiescere* virtus,

Dum mentem & *vires colligit* illa suas.

PORCELIUS.

————— *Vires instigat, alitque*

Tempestiva quies: major, post otia, Virtus.

STATIUS, *Libr. IV. Sylv.*

Ipsa *quies animum reficit*, revocatque vigorem.

PALINGEN. *Librae v. 1069.*

Immodica officiant, nec longo tempore durant.

Interdum genio indulgens, animumque relaxans

Et vacet, & ludat. Nempe iuterjecta vigorem

Fert requies, *reparant tempestiva otia vires.*

IDEM, *Capricorni v. 109.*

Non operi justum, mentes intendere semper:

Quin *animum* potius *quandoque remittere* nobis

Prodest; alterna requie subtilior exit.

Affidue tendas *arcum*, mollescet, & omne

Deficiet robur: *quodsi laxaveris, addet*

Vim tranquilla quies. —————

Est igitur *menti praebenda remissio* quaedam.

(Reliqua ex adverso.)

P. ALES.

174 DIONYS. CATONIS DISTICH.

(VIII.)

ALTERIUS DICTUM AUT FACTUM NE
CARP SERIS UMQUAM:

EXEMPLO SIMILINE TE DERIDEAT
ALTER.




Ἄλλου μὴ ψέξης ἢ μὲν λόγον, ἢ καὶ ἔργον,
Μὴ σ' ἐπιχλευάζῃ μιμησάμενός σε καὶ αὐτός.

*Carp not at that which others do or say,
Lest some thus scoff at thee another Day.*

*Was einer sagt und thut / laß' es doch unveracht:
Sonst wirst du auch von ihm / wie er von dir verlacht.*

*Smaal noit op iemants woordt, berisp noit zyn gedrag:
Opdat hy op zyn beurt u niet beschimpen mag.*

*Si vous vous érigez en Censeur de tout autre;
Redoutez, en échange, un chacun pour le vôtre.*



VARIANS LECTIO. *Alterius factum aut dictum.* Vulgatae. Sed convenientiorem nostram ordinem, inter plures alios, ad quos provocavit Cold.
Ainc-

FLOSCULI POETICI.

Quae in nos illosque, ea omnia tibi dicis, Dimarche.
Et nostram & illorum vicem. DI. quid istuc? AS. rationem dicam:

Quia, qui alterum incusat probri, cum ipsum se intueri oportet.

PLAUTUS, *Trucul. Act. I. Scen. II. v. 55.*

Tu contumeliam alteri facias, tibi non dicatur?

IDEM, *Asinar. Act. II. Scen. IV. v. 82.*

Loripedem rectus derideat, Aethiopem albus:

Quis tulerit Gracchos de seditione querentes?

Quis coelum terris non misceat, & mare coelo;

Si fur displiceat Verri? homicida Miloni?

Clodius accuset moechos, Catilina Cethegum?

In tabulam Sullae si dicant discipuli tres?

JUVENALIS, *Sat. II. v. 23.*

Cur aliena magis, quam crimina nostra videmus?

An quia nostra procul sunt, aliena prope?

OWENUS, *Ethic. II. Epigr. XXVI.*

Quae dices aliis, tibi mox responsa remitti

Expectes; capies, qualia dona dabis.

IDEM, *ibid. II. Epigr. III.*

Quis hoc potest videre, quis potest pati,

Nisi litteris infestus ac scientiis,

Ut ille Bajuletus, ille Bajulus,

Ut paedagogus ille cum ferula truci,

Obscurus, atque indoctus, at fidens sibi,

Satyris malignis tentet inclarescere,

Nova atque vetera dente carpat livido,

Et universum rodant Auctorum genus?

HADRIANUS VALESIIUS, *in Bailletum.*

Sua quisque exempla debet aequo animo pati.

PHAEDRUS, *Libr. I. Fab. XXVI. v. 12.*

Qui doctiorem emendat, sibi dici putet.

IDEM, *Libr. V. Fab. X. v. 5.*

Arntzenius, servant & Parisienses veteres & novi. Ceterum: *Factum ac dictum*, nec non *dictum vel factum* itemque: *nec carperis*, non sunt nisi Scribarum sphaemata imperitorum.

176 DIONYS. CATONIS DISTICH.

(I X .)

QUOD TIBI SORS DEDERIT TABULIS SUPREM
NOTATO,

AUGENDO SERVA; NE SIS, QUEM FAMA
LOQUATUR.



Ὅσσ' ἔλαχες δέλτοισι γεγραμμένος ὑσατίησι, -
Τήρες τ' εὖ καὶ ἀεξε, μὴ ὁ θρυλούμενος εἴης.

*What Stock thy Friends by Will have left to thee,
Keep and increase, lest thou a By-word be.*

Was durch Vermächtnisse dir etwan wird bescheiden /
Das mehre selber auch / Gewänsche zu vermeiden.

Bewaar het geen gy krygt door iemants laatste wil:
Op dat het los gerucht uw misdryf niet bedil.

*Du Peuple médisant pour prévenir la Rage,
Conservez, augmentez même, votre Héritage,*

VARIANS LECTIO. *Quae tibi sors dederit.* In vetusto Cod. manu
exarato Clar. invenit Arntzenius, id quod & quam plurimas typis impressas Ed.
esse secutas, idem testatur, nec dubito etiam, quin Editio Parisiensis verustior.
Nam & recentissimus Editor ac Metaphrastes Gallus, Abbas Salmon, cum de
adhu

FLOSCULI POETICI.

Semper eris pauper, reditus si sumtibus aequas

Et larga dones munera cuique manu.

Enumera census, subduc ratione, superfit

An multum, lapsa & mense quid addideris.

Tempore provideas, vacua ne fede morere:

Marfupio restet quantula summa, vide.

Ne senium, morbi, duris & rebus egestas

Quando urgent, ludat fundus inanis heram.

Nec tamen infideas partis, non craftina verfes

Sollicite: *Fructus fit mediocris opum.*

SAMBUCUS, *Embl. tit.*, fera parsimonia.
p. m. 96.

Si te Plutus amat tamen, & tibi Copia ridet,

Divitiasque dedit fatorum ignota voluntas;

Quid facias, operae pretium est, didicisse: tenendo

Ne peior fias, ne possis stultus haberi.

PALINGEN, *Tauri v.* 495.

Ast opus est gravius tunc vivere, solliciteque

Rem curare, minor ne fiat, sed mage crescat:

Ne premat extremam paupertas dura senectam.

IDEM, *Leonis v.* 481.

Cum fas esse putet curam sperare cohortis,

Qui bona donavit praesepibus, & caret omni

Majorum consue, dum pervolat axe citato

Flaminiam.

JUVENALIS, *Sat. I. v.* 58. Quo & jam alii
digitum intendebant.

ad huc amplectitur legendi modum. Sed is, quod mirere, quae illud cum
suprema in neutro genere plurali, quarti casus, ita connectit, ut *notato*, quod
& Planudes egit, imperativo modo prolatum accipiat. Tu nostram vide hoc
de sensu Hist. Crit.

(X.)

QUUM TIBI DIVITIAE SUPERANT IN FINE
SENECTAE,

MUNIFICUS FACITO VIVAS, NON PARCUS
AMICIS.



Ἦν περιῆ σοὶ πλεῖστος ἐν οὐδῶ γήραος ὄλβος,
Δαψιλῆως μετᾶδος, κ' οὐ Φειδομένως ἐτάροισιν.

*If thou hast Wealth good Store towards thy End,
Live frankly, and be free to ev'ry Friend.*

*Komt die viel Geld und Gut im hohen Alter ein/
So solt du Freunden mild und ja nicht geizig seyn.*

*Hebt ge in uw' ouderdom veel gelts en goedts vergaart,
Leef dan zoo mild, dat gy niets voor uw' Vrienden spaart.*

*Du Surplus largement faites un bon usage,
Pour gagner des Amis vers le Déclin de l'Age.*



VARIANS LECTIO. Q. s. d. f. in fine Senectus. Unicus ita dedit Cod.
It. M. f. v., non parcus amicis. Alter aliquis, acque unicus., Velleu autem,
in-

FLOSCULI POETICI.

*Vivet extento Proculejus aevo,
Notus in fratres animi paterni:
Illum aget penna metuente solvi
Fama superstes.*

HORATIUS, *Libr. II, Od. II, v. 5.*

*Refert, sis bonus, an velis videri.
Praestas hoc, Melior, sciente fama,
Qui sollemnibus anxius sepulti
Nomen non finis interire Blaesi;
Et de munifica profusus arca,
Ad natalitium diem colendum,
Scribarum memori piaque turbae
Quod donas, facis ipse Blaesianum,
Hoc longum tibi vita dum manebit,
Hoc & post cineres eris tributum.*

MARTIALIS, *Libr. VIII, Epigr. XXXVII, v. 7.*

*Ad omnia alia aetate sapimus rectius:
Solum unum hoc vitium adfert senectus hominibus,
Attentiores sumus ad rem omnes, quam sat est.*

TERENTIUS, *Adelphiis Act. V, Scen. III, v. 46.*

*Nemo meas cumulet violis fragrantibus umbras,
Nec mihi Pyramidum mole sepulcra locet.
Si quis amat, vivo largum se praestet amico,
Talibus officiis dum locus esse potest.
Verum ubi consumptos Lachesis mihi finiet annos,
Vel fracta incultis horreat urna rubis.*

GEORG. BUCHANANUS, *Libr. I, Epigr. p. 346.
Ed. ult. Elsev. 1676. & Gracc. Vid. &
Hist. Crit. Cat. ad h. D.*

*Divide nil, dum vivis, egentes inter amicos;
Mortuus invenies in Quotiente: Nihil.*

OWENUS, *Libr. I, ad Honr, Epigr. XCML.*

*Collige divitias; quae non in morte peribunt:
Quas dederis, solas semper habebis opes.*

inquit Arntzenius, „ vellem codex antiquus hanc addideret emendationem:

„ *Munificus vivas caris, non parvus amicis.*

Sed nullam addicere, testatur Ipse.

(XI.)

UTILE CONSILIUM DOMINUS NE DESPICIT
SERVI:
NULLIUS SENSUM, SI PRODEST, TEMSERIS
UMQUAM.



Μη δούλου χρηστῆς ὀλιγάρι, δέσποτα, βουλῆς
Μηδέ τινος γνώμην, εἰ σύμφορος ἐστ', ἀφίριζε.

*Good Counsel from thy Servant do not slight:
Scorn no Man's Judgment, so that it be right.*

*Laß deines Knechtes Rath / der gut ist / unverachtet:
Wer wirf doch keinen je / der auf dein Bestes trachtet.*

*Een nutte raadt uw's Slaafs zy noit by u veracht.
Verfmaad noit iemants woordt, zoo hy uw nut betracht.*

*N^o béfitez point à suivre un Conseil salutaire,
Vous vint-il d'un Kalez, vous semblât-il vulgaire.*

VARIANS LECTIO. Ut. cons. dominus non despice servi. Pauciores. Nullus
si prodest sensum contempseris, unquam. Codex tantum unus exhibuit. Alius forte
Nullam sed rasura delictum. Reliqua, ut proxime ante.

Qui

FLOSCULI POETICI.

Δάμβανέ και βουλήν παρὰ οίκετου εὖ φρονέοντος.

Quod nobis Latinum foret:

CONSILIO ET SERVI DOMINUS PRUDENTIS INHAERE.

PHOCYLIDES JAM SCALIGERO IITATUS

Interdum *vulgus rectum videt*, est ubi peccat.

HORATIUS, *Libr. II Epist. I. v. 63.*

Πολλάκι και κήπωρος ἀνήρ, μάλα καίριον εἶπεν. H. E.

Saepe etiam est *olitor valde oportuna locutus.*

Vid. A. GELLIUM, *Libr. II. Cap. VI.*

Πολλάκι τοι και μορός ἀνήρ καὶ αὐκαίριον εἶπεν. H. E.

Saepe etiam *Stultus* quaedam *opportuna loquatur.*

Vide *sapientem Μαρίας Ἐγκωμιασὴν in Adagiis, pag. m. 274.*

Decet innocentem *servum* atque *innoxium*,
Confidentem esse, suum apud herum potissimum.

PLAUTUS, *Captiv. Act. III. Scen. V. v. 7.*

Davum optume video: *cujus consilio fretus sum.*

Ego dudum nonnihil veritus sum, *Dave*, abs te, ne faceres idem,

Quod vulgus servorum solet, dolis ut me deluderet.

— Propemodum *habeo tibi jam fidem*. D. tandem *cognosti qui siem*,

TERENTIUS, *Andriae, Act. II. Scen. 1. v. 35.*

et *Act. III. Scen. IV. v. 3.*

Veriloqui *fatui dicenda, tacenda loquuntur:*

At qui prudentes, plura tacenda vident.

Servorum ingenitis nihil audens credere, semper

Circum se fatuos quattuor Aulus habet.

OWENUS, *L. singul. Epigr. CXCVIII.*

Non quis quid dicat, spesces: sed, dixerit is quid?

Quidam *carpseris* habent pro: *temseris*, aut *contemseris*. Solus mutavit in: *Spreveris*, Scriverius Nulla, sane, urgente necessitate. Non placebat *temnere* Criticis, extra compositionem, quod tamen valde probum.

(XII.)

REBUS ET IN CENSU SI NON EST, QUOD FUIT
ANTE,FAC VIVAS CONTENTUS EO, QUOD TEMPORA
PRAEBENT.

Κλήμασι καὶ κλήρῳ εἰάν οὐκ ἐνῆ, ὡς τὸ πάρος περ,
Τοῖς εἰργ' ἀσπασίως, τὰ χρόνος περίλοιπα χορηγεῖ

*If thine Estate be not as 't was before,
Yet see thou live content with present Store.*

Hast du nicht mehr so viel / als etwan vor'ger Zeit;
So nim vor lieb mit dem / was diese dir verleich't.

Hebt gy geen goedt zoo veel gy hebt gehad voorheen
Zo schik u naar den tydt, met weinig ook te vrēen.

*Si ton bien déperit par un revers funeste,
Maîtrise tes désirs & vis content du Reste.*



RESIDUUM FLOSCULOR.


*Si sapias, esse tua contentum sorte memento.
Intra fortunam disce manere tuam.*

REUSNERUS.

*Quod sis, esse velis, contentus vivere disces
Sorte tua, felix sic quia semper eris.*

FUNGERUS.

METIRI SE QUEMQUE SUO MODULO AC PEDE VERUM EST.



v. l. In censu & rebus. Scriber., ut solet nimium esse fastidiosus. ita inv
sh. Ceterum antea pro ante & contemptus pro contentus Librariorum sunt vit

FLOSCULI POETICI.

Fructibus Agrippae Siculis, quos colligis, Icci,
 Si recte frueris, non est ut copia major
 Ab Jove donari possit tibi. Tolle querelas:
Pauper enim non est, cui rerum superest usus.

HORATIUS, *Libr. I. Ep. XII. v. 1.*

Cui non conveniet sua res, ut calceus, olim,
 Si pede major erit, subvertet; si minor, uret.
Laetus sorte tua, vires sapienter, Aristi.

IDEM, *ibid. Epist. X. v. 42.*

Divitias alius fulvo sibi congerat auro,
 Et teneat culti jugera multa soli.
 Quem labor assiduus vicino terreat hoste:
 Martia cui somnos classica pulsa fugent.
Me mea paupertas vitae traducat inertis,
Dum meus assiduo luceat igne focus:
 Nec spes destituat, sed frugum semper acervos
 Praebat, & pleno pinguia multa lacu.
Ipsae feram teneras maturo tempore vites
Rusticus, & facili grandia poma manu.
 Nec tamen interdum pudeat tenuisse bidentem,
 Aut stimulo tardos increpuisse boves.
Non agnamve sinu pigeat, foetumve capellae
 Desertum oblita matre referre domum.

TIBULLUS, *Libr. I. Eleg. I. v. 1.*

Quodsi quis vera vitam ratione gubernet:
 Divitiae grandes homini sunt, vivere parce
 Aequo animo: neque enim est umquam penuria parvi.

LUCRETIVS, *Libr. V. v. 1118.*

Vivite contenti casulis, & collibus istis,
 O pueri! Marfus dicebat & Hernicus olim,
 Vestinusque senex: *Panem quaeramus aratro,*
 Qui satis est mensis. Laudant hoc numina ruris.

JUVENALIS, *Sat. XIV. v. 179.*

Quaerite duntaxat quantum vitae exigit usus.
 Exiguum sat erit. CONTENTI VIVITE PARVO.

PALINGEN. *Pisc. v. 279.*

Vive tua semper contentus sorte, nec ultra
 Quem fortuna dedit, progrediare locum.
 Si tibi sint nec opes, nec splendida fercula Croesi,
 Exiguo poteris te satiare cibo.
 Praeclari titulos si non es adeptus honoris,
 Proderit in tenui delituisse loco.

STRYDELIUS.

(XIII.)

UXOREM FUGENE DUCAS SUB NOMINE
DOTIS,
NEC RETINERE VELIS, SI COEPERIT ESSE
MOLESTA.



Μήτε γυναίκα γαμεῖν ἀφνειῆς εἶνεκα ποικίος,
Μήτ' αὐτὴν κατέχειν, ὅτε ἀρχεται εἶναι ἐπαχθῆς.

*For Portion see thou marry not a Wife;
Nor care to keep her, if she fall to Strife.*

Ein Weib / wie reich es sey / nim nicht zu deiner Pein;
Behalte sie auch nicht / wann sie wil Meister seyn.

Neem noit een huisvrou, tot uw kwaal, om 't huwlyk
gheedt:
Of, valt ze u lastig, toont een mannelyk gemoedt.

*Sur l'appas de sa Dot ne prens point une femme;
Ou bien, à ses bumeurs sers en esclave infame. Ou;*

*A la Femme attaché, par l'apas de sa Dot,
Crains u'être du Caprice Adorateur bigot.*

VARIANS LECTIO. *Ne retinere velis.* Unicus tantum exhibet Cod. docente id nos ipso Arnzenio. Quod quare magis arripserit Bozhornio, factum in aprico est; sed cur, contra omnium, praeter unum, codicum suorum fidem, amplectatur eandem tamen lectionem Arnzenius, qui tam manifeste aliam Bozhornio contrariam tueretur sententiam, id vero non tam clare patet. Certe, si ea nostri mens Catonis fuerat: Ne deinde, velis nolis, illam retineat.

FLOSCULI POETICI.

Opulentiores pauperiorum filias,
 Ut indotatas ducant uxores domum;
 Et multo fiat civitas concordior,
 Et invidia nos minore utamur, quam utimur.
 Et illae malam rem metuant, quam metuunt, magis,
 Et nos minore sumtu simus, quam sumus.
 Hae sunt atque aliae multae in magnis dotibus
 Incommoditates, sumtusque intolerabiles.
 Nam quae indotata est, ea in potestate est viri:
 Dotatae maerant & malo & damno viros.

PLAUTUS, *Aulular.* *Act.* III.
 Scen. V. v. 5. & 58

Argentum accepi, dote imperium vendidi.

IDEM, *Asinar.* *Act.* I. Scen. I. v. 74.

— Dotata regit virum Conjux (aut) nitido fudit adultero.

HORATIUS, *Libr.* III. *Od.* XXIV. v. 89.

Qui se majores cupidi quaerunt conjuges,
 Dolent decepti se post junctos vilibus.

PHAEDRUS, in *Append. Fabular.*

Intolerabilius nihil est, quam Femina dives.

JUVENAL. *Sat.* VI. v. 459.

Collige sarcinulas, dicet libertus, & exi:
 Jam gravis es nobis.

IDEM, *ibid.* v. 145.

Uxor, vade foras; aut moribus utere nostris.

MARTIAL. *Libr.* XI. *Epigr.* (CV.) CVI. v. 1.

Uxorem quare locupletem ducere nolim,
 Quaeritis? Uxori nubere nolo meae.

IDEM, *Libr.* VIII. *Epigr.* (XII.) XII. v. 1.

Non, opibus quantum valent, formave rogato,
 Quam redamas: quantum sed sit honesta magis.
 Haud vestes animum decorant, non splendor inanis:
 Duc, quae sit potius moribus apta tuis.

SAMBUCUS, pag. 237.

~~~~~  
 nere te oporteat, ob amittendam alias cum ea dotem, ut Barthius loquitur, scribendum ipsi erat:

Ne retinenda tibi, & si coeperit esse molesta. sive potius quum vel: quae coeperit. Nam & ipsum: si, conditionis est, sub qua Noster eam retinere omnino vetat, nullo habito dotis respectu. Sed, porro, si vel adeo necessarium istud Ne fuisset; An non, post illud ne prioris versus, & hoc ipsum Ne posterioris, exponere licuisset per: Et ne retinere velis?

( XIV. )

MULTORUM DISCE EXEMPLO, QUAE FACTA  
SEQUARIS,

QUAE FUGIAS. VITA EST NOBIS ALIENA  
MAGISTRA.



Εἰς πολλοὺς ὁρώων τὰ τε φευκτὰ, τὰ δ' αἰρετὰ γνοίης  
Τῶν γε πείλας γὰρ ἅπασ βίος ἐστὶ διδάσκαλος ἡμῶν.

*By others take Example what t'avoid,  
Or do; another's Life is our best Guide.*

*Durch Beyspiel lerne du / was nützlich und was verfehret:  
Der andern Leben dient dem unsrigen zur lehre.*

*Leer uit eens anders doen het geen gy volgen moet.  
Eens anders leven toont wat quaadt is, of wat goet.*

*Des exemples d'autrui, pour vous bien gouverner,  
Suyvez le bon, fuyez ce qu'il faut éviter,  
Ou : ce qu'on pourroit berner.*

---

VARIANS LECTIO. Multorum disce exemplis. Non multa probant li-  
briorum exempla. Vitae est nobis aliena magistra. Plura hoc exhibent & pro-  
bati

## FLOSCULI POETICI.

Scitum est, *periculum ex aliis facere, tibi quod ex usu fiet.*

TERENTIUS, *Heautontimor. Act. I. Scen. II. v. 36.*

S. Domi habuit unde disceret. D. Fit sedulo:

Nihil praetermitto, consuefacio: denique

*Inspicere, tanquam in speculum, in vitas omnium*

Jubeo, atque *ex aliis sumere exemplum sibi.*

Hoc facito. S. Recte sane. D. Hoc fugito. S. Callide.

D. Hoc laudi est. S. istaec res est. D. Hoc vitio datur.

S. Probissime. — — — — —

S. Conservis ad eundem istunc praecipio modum:

Hoc falsum est, hoc adustum est, hoc lautum est parum.

Illud recte; iterum sic memento: sedulo

Moneo, quae possum, pro mea sapientia.

Postremo, tanquam in speculum, in patinas, Demea,

*Inspicere jubeo, & moneo quid facto usus fiet.*

IDEM, *Adolph. Act. III. Scen. IV. v. 49. & 60.*

Quae personae iterum in scenam jam a viro clarissimo productae, Arntzenio.

Vos ego nunc moneo: *Felix, quicumque dolore*

*Alterius discas posse cavere tuo,*

TIBULLUS, *Libr. III. El. VI. v. 43.* Et hoc

nobiscum convenientissimum huic loco exemplum, laudatus vir idem laudat.

*Discite ab alterius vestris timuisse querelis.*

OVIDIUS, *Libr. III. d. Art. v. 455.*

Disce modum servare, *alieno disce periculo,*

Disce cupidinibus certos praescribere fines.

HOSPITAL, *de Metensi propugn.*

Namque malum hoc domibus si nondum arreperere vestris

Sensistis, *moveant aliena pericula saltem.* IDEM, *de Pace.*

— Hic nostras veterum malus error avorum

*Erudit mentes & cernere fecit acutum.*

Vos inimicitias, odia aut privata secuti,

Non potuistis idem perpendere, quid sit honestum,

Et quid damnosum, aut communiter utile nobis.

IDEM, *in Francisc. Franciae Delphini & Mariae Scotor. reginae nuptias.*

Felix, quem *faciunt aliena pericula cautum.*

Vers. vulg.

Felix, quem *faciunt aliorum vulnera tutum.* Parodia superior.

Feliciter sapit, qui alieno periculo sapit. PLAUTUS, *Mercator.*

— Insuevit pater optimus hoc me,

*Ut fugerem exemplis vitiorum quaeque notando.*

HORATIUS, *Libr. I. Sat. IV. v. 105. & seqq.*

Sic teneros animos *aliena opprobria saepe*

*Absterrent vitiiis.* — IDEM, *ibid. v. 128.*

bari posset, nisi refugeret incomta illa, quae sua se simplicitate in Nostro commendat, dictionis venustas. Et a qua, ubi jam omnia plana, haud tuto recesseris.

( XV. )

QUOD POTES, ID TENTES, OPERIS NE PONDERE  
PRESSUS,  
SUBCUMBAT LABOR, ET FRUSTRA TENTATA  
RELINQUAS.




Τῶν δυνατῶν ἄπτου, μὴ βριθούνησι πεισθεῖς,  
Πᾶς μόχθος κάμνη, τὰ γε μάψ' ἀρχθέντα προλείπης.

*Attempt that only which thou canst perform.  
Lest, overprest with th' Work, thou leave 't with Scorn.*

*Versuche was du kannst; daß nicht der Arbeit laßt  
Dich hin zu legen zwing' auch was du aufgest.*

*Beproof het geen gy kunt, op dat gy niet belaân  
Met al te groten last uw Werk moet laten staan.*

*Consultez votre force avant que d'entreprendre:  
Un travail excessif nous contraint de nous rendre.*



VARIANS LECTIO. Q. p. id tentato. Daenius. Alii: id tenta. Hoc in defectu peccat; illud abundare quodammodo dixeris. „Id tentes habent „ Editiones melioris notae omnes, ut & illa Scriverii “. Sunt verba Arnzenii. „ Sed ego, inquit idem, auctoritate Codd. Leid. Sec. Memb. Voss. „ Veterr. Reg. & Turic. refingerem, id tenta “. Tentet. refingat sane, vir clarus, ut lubet. Nobis durus iste videtur & praeter necessitatem intrusus hiatus. Scimus equidem, petimusque & damus hanc vicissim veniam, Syna-  
loghen

## FLOSCULI POETICI.

Verfate diu, quid ferre recusent,  
 Quid valeant humeri. — — — HORATIUS, Art. Poët. v. 39.

Vis consilii expers mole ruit sua:  
 Vim temperatam DI quoque provehunt  
 In majus: Idem odere vires  
 Omne nefas animo moventes.

IDEM, Libr. III. Od. IV. v. 65.

Infervit honori,  
 Commisisse cavet, quod mox mutare laboret.

IDEM, A. P. v. 162.

Turpe est, quod nequeas, capiti committere **PONDUS**:  
 Et PRESSUM inflexo mox dare terga genu.

Omnia non pariter rerum sunt omnibus apta:  
 Non sunt apta meae grandia vela rati.

PROPERTIUS, Libr. III. Eleg. VII. v. 4.

Vitaret coelum Phaëthon, si viveret, & quos  
 Optarat stulte, tangere nollet equos.

OVIDIUS, Trist. I. Eleg. I. v. 79.

Qui nimios optabat honores  
 Et nimias poscebat opes: numerosa parabat  
 Excelsae turris tabulata, unde altior esset  
 Casus & impulsae praeceps immane ruinae.

JUVENAL. Sat. X. v. 104.

Quae fieri nequeunt, prorsus tentare recuses:  
 Ingenii debes pondus habere tui.

OWENUS, Ethic. II. Ep. XXVI.

Dum volat, en, mediam comprehendit aranea muscam:  
 Fert, volitat, dominam musca volare docet.

Insolitae haec artis vix stamina coepta relinquas:  
 Excudit indocilem muscaque discipulam.

Altera liberior nolit nescire volare;  
 Altera quod frustra non didicisse velit.

Vivitur ex studiis. Alii male capta relinquas?  
 Haec sequitur doctos gloria semiviros!

C. G. KOENIGIUS, qui suis ipse, quae narrat, oculis videt.

Omnia qui recto metitur pondera sensu,  
 Non timet eventus fata sinistra sui.

ANDRELIUS.

Quod vires ultra fuerit nimiumque, relinque.

AES.

Josephus posse aliquando negligi; sed aliquando, sed raro, & sine causa numquam, ut in illo: *Ter sunt conati imponere Pelio Ossam*. Quod hic, forte, Nostrum, carmine de moribus, esse imitatum credere, puerile foret. Verum quid juvat, ita semper & ubique adhaerere quae praeter ordinem, idque in auctore, sua, ut qui maxime, concinna simplicitate commendabili? Idem Codd. qui huiusmodi illum admittunt, dant nobis etiam: *S. l. & frustra mutata relinquas*. Sed hic nil moveretur vix deest, qui & nobiscum haec frustra mutata relinquit.



190 DIONYS. CATONIS DISTICH.

( XVI. )

QUOD NOSTI HAUD RECTE FACTUM, NOLITO  
SILERE;

NE VIDEARE MALOS IMITARI VELLE  
TACENDO.



Μη σίγα τάπερ σικ ὀρθῶςπραχθέντα σύνοιδας  
Μη καὶ τοὺς δειλοὺς δοκέης ζηλοῦν τάδε σιγῶν.

*What thou see'st badly done, do not conceal;  
Lest thou be thought like them thou'lt not reveal.*

*Verstweig das Böse nicht / ist's etwan dir bewusst /  
Daß niemand denken mag / du hegest gleiche Lust.*

*Zwyg 't quaat noit 't geen gy weet dat anderen begaan,  
Op dat gy dat niet schynt, door zwygen, toe te staan.*

*D'un Crime, qui vous trouble en votre Conscience,  
Ne soyez pas complice, en gardant le Silence.*

**VARIANS LECTIO.** *Q. n. h. r. f. nolito tacere.* Arntzenius, quorumdam auctoritate Codd. permotus, quibus & Parisiensem aliquem adnumerat: Sed eorum novissimus ille, qui alias constanter eum sequitur, quem suum Arntzenius Parisiensem vocat, hic tamen, cum plerisque aliis, vel ipso hoc Viri Doct. confitente, merito retinuit: *nolito silere.* Quod & nobis placuit, quamvis.

## FLOSCULI POETICI.

Quem sua culpa premet, *deceptus omitte tueri*: —

Ad te post paullo ventura pericula sentis.

Nam *tua res agitur*, paries quum proximus ardet:

Et neglecta solent incendia sumere vires.

HORATIUS, *Libr. I. Epist. XVIII. v. 79.*  
& iterum v. 83.

Qui non vetat peccare, quum possit, jubet.

SENECA, *Troad. v. 289.*

Praestare fateor posse me *tacitam fidem*,

Si scelere careat; interim *scelus est fides*.

IDEM, *Hercul. Oct. v. 480.*

Quod si convictor foedum quid forte loquatur,

Aut faciat, subito taxare *affabilis audet*,

Ut queat a vitio turpi revocare labantem.

P. ALES.

Qui fert malis auxilium, post tempus aoles.

PHAEDR. *Libr. IV. Fab. XVIII. v. 1.*

Crimen habet, pariterque in partem peccat utramvis,

Qui *reticenda regit*, quique *tacenda refert*.

Vel, sensu plane eodem:

Ducito *utrumque nefas*, etiam hac peccatur & illac:

Si *reticenda refers*; non *reticenda regis*.

KOENIGIUS.

---

vis, ut verum fatear, id si integrum nobis esset, ut haec verba: *filere & tacere*, pro lubitu permutarentur invicem, & ipse posterius in priore versu praefertem, prius vero in altero, hunc in modum: *N. v. m. imitari velle, silendo*. Nihil inmoror variationibus reliquis, quas inter admodum sunt ineptae, ut recte Vis jam laudatus vocaverit: *meta somnia*.

192 DIONYS. CATONIS DISTICH.

1917 (XVII.)

JUDICIS AUXILIUM, SUB INIQUA LEGE;  
ROGATO:

IPSAE ETIAM LEGES CUPIUNT, UT JURE  
REGANTUR.




Σώζου ἐπ' ἰθυτῆρα κρείττην ἀδίκῳ νόμῳ  
Καὶ τε νόμοι ποθέουσ' ὀρθοῦσθαι τῷ ἐπιεικῇ.

*Appeal to th' Judge, being over-borne by Might:  
For Laws themselves would fain be rul'd by Right.*

*Thut dir ein Recht zu viel / so sprich den Richter an:  
Der Billigkeit ist Recht und Sagung unterthan.*

*Wort gy door 't recht gedrukt, zoo spreek den Rechter aan:  
Die 't recht inschikt tot nut voor elken Onderdaan.*

*Victime d'une Loi, dont la rigueur t'accable,  
Contre elle, s'il se peut, cherche un Juge équitable.*



VARIANS LECTIO. *Judicis auxilium sub iniqua lege rogato. Unus & alter.*  
Ipsae

## FLOSCULI POETICI.

— — — Verum illud, Chreme,  
Dicunt: JUS SUMMUM SÆPÈ SUMMA EST MALITIA.

TERENTIUS, *Heautont. AB. IV.*  
*Scen. V. v. 47.*

Cui vis est, jus non metuit, jus obruitur vi.

PÄLINGEN, *Capit. v. 830.*

Debilibus robusta nocent, & grandia parvis.  
Ales fulminiger timidos infestat olores,  
Accipiter laniat turdos, mollesque columbas:  
Verticolar coluber rānas miserāsque lacertas  
Devorat: in silvis fera fortior ore minorem  
Dilacerat: tua monstra tenes quoque, maxime Nereu;  
Quae rapido infirmos absumunt gutture pisces.  
Non mare, non tellus, non aër tutus; ubique  
Hostis adest, prodestque parum non esse nocentem.

IDEM, *Virgih. v. 494.*

At, dices, probitas defendi legibus atque  
Principibus solet: o utinam fieret! —

*Ibid. v. 506.*

— — — — — Ut parvula musca  
In tenui tela, quam pendens textit arachne,  
Volvitur ac remanet: si grandior horridiorque  
Impulerit, frangit casses & tuta recedit:  
Sic (pariter) leges miseros necantque tenentque;  
Transmittunt laxis foribus renuuntque potentes.

*Ibid. v. 512.*

Dat veniam corvis; vexat censura columbas.

JUVENALIS, *Sat. II, v. 63.*

Principis officium scire est, jurisque periti,  
*Quid jubeant leges, conveniatque simul*  
Lynceus est oculus juris; sed prominet alter  
*lurbidus, ut rigidum temperet arbitrio:*  
Non nimis attentum Respublica, nonve remissum  
*Exigit: in medio jus veniaeque placent.*  
Tum gladius recte prudens dominabitur Orbi:  
Cujus ab ancipiti vita cruore datur.

SAMBUCUS, *Epigr. tit. AEquitas. p. m. 254.*

—————  
*Ipsae etiam leges cupiunt, ut jure regantur. Alii, itidem pauci, ita legerunt.  
Regantur alii; utriusque male.*

( XVIII. )

QUOD MERITO PATERIS, PATIENTER FERRE  
MEMENTO:

QUUMQUE REUS TIBI SIS, IPSUM, TE JUDICE,  
DAMNA.




Ἄξια σου πάσχων, τὰ φέρειν κρατερόφρονι θυμῷ. [Sive:  
τάδε τολμᾶν καρτεροθύμως]  
Κριόμενος δ' ἐπὶ σεῖο κριτοῦ, κατάγνωθι σεαυτοῦ.

*What thou deserv'st to bear, bear without Grudge:  
And, being guilty, be thy proper Judge.*

Was du dir selbst gewirk't / das leide mit Geduld:  
Und lerne Richter seyn selbst über deine Schuld.

Het geen gy hebt verdient, verdraag dat met gedult.  
Verdoem u zelf, wanneer gy voelt uw' eige schult.

*Prononcez contre vous, vous-même, la Sentence:  
En goûtant du Péché les fruits, dans la Souffrance.*



VARIANS LECTIO. Q. m. p. patienter ferre id ipsum. Ita passim in vulgatas irrepserat Editiones, quod & Opitius retinuit & paullo curatior illa Amstelodamensis anno superioris sæculi XLVI. Typis descripta Janssonianis. Merito vero, post Scriverium, suo qui præcivit exemplo, in recentissimis quoque & Aentzeniana, & nupertima Parisiensis, cum Paraphrasi Gallica, Editio, in textum receperunt: patienter ferre memento. Cum & optimis id comprobetur Codicibus, nec plane inusuetus, sed familiarissimus potius, hic Nostro loquendi mos sit. Ut:

FLOSCULI POETICI.

Leniter, ex MERITO QUIDQUID PATIARE, FERENDUM EST.

Quae venit indigne poena, dolenda venit.

OVIDIUS, *Heroid. Epist. V. v. 7.*

Huic ego, quam patior, nil possem demere poenae,

Si iudex meriti cogeret esse mei.

At si forte velis in nos inquirere, nemo est,

Qui se, quod patitur, commernisse neget.

IDEM, *e Pont. Libr. III. Eleg. VI. v. 9. & 13.*

Multa miser timco, quia feci multa proterve:

Exemplique metu torqueor ipse mei.

IDEM, *Amor. Libr. I. El. IV. v. 45.*

Aequo animo poenam qui meruere, ferant.

IDEM, *Libr. II. Eleg. VII. v. 12.*

Ultero

Qui peccat, ruit in poenam, & sua damna requirit;

Carnificique miser cruciandum se exhibet ultro.

PALINGEN, *Scorpii v. 82a.*

Fer mala constanter: Tali certamine Virtus

Nascitur, ut spinas inter amoena rosa.

MEYERUS.



|                                           |                                          |
|-------------------------------------------|------------------------------------------|
| L. i. Dist. xiv. Iudex tuus esse memento. | L. iii. Dist. ii. Semper par esse mem.   |
| . . . D. . xv. Multis narrare memento.    | . . . D. . v. Blasphosque cavere mem.    |
| . . . D. . xx. Plene laudare memento.     | . . . D. xviii. Patienter ferre mem.     |
| . . . D. . xxi. Patienter ferre m. ood,   | . . . D. xxiv. Si frugi est, ferre mem.  |
| plane sensu atq. h. l.                    | L. iv. D. . v. Corpus curare memento.    |
| L. ii. D. . i. Etiam prodesse memento.    | . . . D. . vii. Rursus vitare memento.   |
| . . . D. . vi. Parvo gaudere memento.     | . . . D. . xxvi. Malias sperare memento. |
| . . . D. . vii. Prudens celare memento.   | . . . D. . xxxi. Tacitos vitare memento. |
| . . . D. . xiii. Cultu vitare memento.    | . . . D. . xli. Sed pignora prima mem.   |
| . . . D. . xix. Simul & vitare mem.       | . . . D. . xlv. Homines tamen esse mem.  |

196 DIONYS. CATONIS DISTICH.

( XIX )

MULTA LEGAS FACITO : PERLECTIS , NEGLIGE  
MULTA :

NAM MIRANDA CANUNT , SED NON CREDENDA,  
POETAE.



Πόλλ' ἀναγινώσκειν ἐπὶ πλείστοις πλείον' ἀναγνοῦς·  
Ποιηταὶ θαυμασὰ γὰρ, ἀλλ' οὐ πιστὰ; λέγουσι.

*Read much , and , when that 's read , read more again :  
Poets , not to be trusted , Wonders feign.*

*Lesz emsia / doch gebrauch' auch fluge Wahl im Lesen:  
Poeten schreiben schön ; doch auch viel falsches Wesen.*

*Gy moet veel lezen , maar veel dingen weêr vergeten :  
Sla geen geloof aan al de wond'ren der Poëten.*

*Prenez l'Essentiel d'une immense Lecture:  
Le merveilleux épique est feint à l'avanture. Ou :*

*Tout Auteur merveilleux voltige a l'avanture.*



VARIANS LECTIO. M. l. f. *perlectis*, *perlege multa*. Constanter ita legerunt paullo antiquiores, quam etiam lectionem Graeci Metaphrastae, Planudes & Scaliger, suo quisque more, expresserunt. Sic & Erasmus, nisi quod hujus conjectura erat: legendum forte: *perline multa*. Corderius dedit: *plura pro multa*. Alii *perlege* pro: *selige*, *seorsim lege*, vel etiam *rejice*, eo sensu acceperunt, quo & Boëthius a Daumio citatus: *Sententias iniquis serva sensu*  
STAN.

## FLOSCULI POETICI.

Inter cuncta *leges*.

Pictoribus atque Poëtis

Quidlibet *audendi* semper fuit aequa *potestas*.HORATIUS, *Libr. I. Ep. XVIII. v. 96. & Art. Poët. v. 93*

Quid te vana juvent miserae ludibria chartae?

Hoc *lege*, quod possit dicere vita: meum est.MARTIAL *Libr. X. Epigr. IV. v. 7.*Sic *lege*, ut evadas melior: *Lectura sit* omnis*Utilis* & nullum sine fruge revolve libellum.ADRIAN. HECQUETIUS, *in Scena rerum inversa.**Perlege* quodcunque est memorabile.

AUSONIUS.

Exit in immensum foecunda *licentia vatum*:*Obligat* historica *nec sua verba fide*.OVIDIUS, *Amor. Libr. III. Eleg. XII. v. 41.*  
*Conf. & Trist. Libr. II. v. 265. & 355.*

Egregios cumulare libros praeclara supellex:

Atq; unum utilius volvere saepe librum.

OWENUS, *Ethicor. I. Epigr. LXIII.**Fictum* inter factumque parum distinguere curans;Quidlibet ex quovis Ente *Poëta facit*.IDEM, *Libr. ad Ed. Noël. Epigr. VII.**Lectio* nimirum esca animi est, quae si bona, prodest;

Si mala sit, non parva solet dare damna legenti:

Non secus atque malus cibus est damnosus edenti.

PALINGEN. *Capricorni v. 702.*

Quare non tutum est facile omnia credere cuivis,

Ille licet magni sit nominis innumerasque

Scribendo implevit nigra loligine chartas,

*Magni saepe viri mendacia magna loquuntur.*IDEM, *Aquarii v. 513.*Quisque suo ingenio fretus *nova fingere gaudet*:Praesertim *vates*, quibus est fiducia major, &c.IDEM, *Librae v. 518.*Sic rident *Musarum hilari fucata colore*,Quae de Cecropio *mendacia* fonte propinat (Lucretius).

Talia &amp; hospitibus praebebat pocula Circe,

Littore in Ausonio, fugit quae cautus Ulysses.

Quem tenet illecebris captum *sapientia mendax*,Soligenae spernat *fallacia muera* Nymphae. &c.MELCHIOR Cardinalis POLINIACUS,  
*Anti-Lucret. Libr. I. v. 68. & 73.*

grana, perlecta projice, sicut paleas. Non enim, quae in libris continentur, sunt credenda. Haec ille. Sic demum enatum est: *neglige*, quod veteris alicujus Scholiastae fide, ad quem pariter provocat Daumius, adoptatum jam a Scriverio, nunc textui fere ubique videmus adaptatum. Parilius tamen recens retinuit antiquatum illud *perlege*; sed sensus argutiam non percepit.



( XX. )

INTER CONVIVAS FAC SIS SERMONE  
MODESTUS;

NE DICARE LOQUAX, DUM VIS URBANUS  
HABERI.



Ἐν τοῖς συσσίταισιν ἑταίροις νῆφε λόγῳσι,  
Μὴ λάλος, εὐπράπελος δοξέειν μεμαῶς, μάλ' ἀκούης.

*Say little at a Feast, lest thou be nam'd  
A Tatler, whilst thou would'st be civil fam'd.*

Bei Gästen soll dein Wort auf sitzsam seyn sich fleissen;  
Daß deine Höflichkeit kein Plaudern möge heissen.

Zyt op een gastsmaal stil en zedig in uw praat,  
Op dat gy daar, voor heusch, niet voor een snapper gaat.

*Soïez modeste à table : & ne prétendez guères  
Au nom de beau Parleur, par excès de manières.*

## FLOSCULI POETICI.

Rupit Iarbitam Timagenis aemulâ coena,  
DUM *studet* URBANUS, tenditque disertus HABERI.

HORATIUS, *Libr. I. Epist. XIX. v. 15.*

Vel heri *in vino* quam *imodestus* fuisti! — quam *molestus*,  
Ut equidem, ita me di ament, metui quid futurum denique esset.

TERENTI, *Heautont. Act. III. Scen. 111. v. 7.*

[Quos binos, cum sequentium aliquo, praeteritos forte a nobis, flosculos, sedulitati acceptos reterimus viii consultissimi, Arntzenii, vid. Ejus ad h. l. not.]

Innocuos  *censura* potest permittere lusus.

MARTIAL, *Libr. I. Epigr. PV. v. 7.*

Multraque, praeterea, *linguae* reticenda *modestae*.

OVIDIUS, *Heroid. Epist. XIX. v. 63.*

*Composito mensam decores sermone*, rogatus,  
*Exornes paucis seria verba jocis.*

SAMBUCUS, *Epigr. pag. 348.*

*Temperet interdum laudata silentia sermo:*

*Est reticere decus, dicere & apta, decus.*

H. PORSIUS, *Tom. V. Declin. Germ.*

Nullos subfannes, si sit prudentia tecum:

Vita incompósitos risus: *paucissima fare;*

NE DICARE LOQUAX, DUM VIS AFFABILIS esse.

P. ALES.

Vis sapiens dici, *raro & meditata loquere:*

Saepe LOQUAX *verbis proditur ipse suis.*

OWENUS, *Ethic. I. Epigr. LXXVI.*

*Qui cito praecipitat velox, sine pondere, verbum,*

*Errat: Dimissum non revocare potest.*

IDEM, *in iisd. II. Epigr. II.*

*Facundus non est, qui multa, at qui bene, dicit;*

*Ut nec foecundus, qui mala gignit, ager*

IDEM, *Libr. III. Epigr. CXII.*

*aro autem loquere: Est mentis gravitate carentis*

*ndicium sermo nimius, peccatque frequenter*

*Multiloquus; verum parce, cauteque loquentes*

*Laudantur: Decus est ingens prudentis in ore.*

FALINGEN, *Caner. v. 772.*

( XXI )

CONJUGIS IRATAE NOLI TU VERBA  
TIMERE;

NAM STRUIT INSIDIAS LACRYMIS, QUUM  
FEMINA FLORAT.




Τῆς ὀργιζομένης ἀλάχου μὴ δεῖδιδι Φωνάς·  
Εὔτε τὸ θῆλυ γοᾷ, δακρύοις ἴσῃσιν ἐνεδραῖ.

*Tby angry Wife's tart Language do not fear ;  
When Women would deceive , they shed a Tear.*

Wann deine Frau schon flucht / so frage nichts nach ihr ;  
Ein Weib so weint / bringe oft mit Ehrenen List herfür.

Is uwe vrou gestoort , 't zyn vlagen die haar plagen :  
Wanneer ze huilt van spyt , legtze u door tranen lagen.

*D'une Epouse , en fureur , craignez peu les menaces ;  
Mais craignez de ses pleurs les trompeuses grimaces.*



VARIANS LECTIO *Conjugis iratae nolito v. t.* Vel magno placuit Erasmo & Parisino nostro Verum hoc tu nihil minus quam abundare, dicendam est. Est enim quasi qui dicat: illa, quam sit mulier, agat sano muliebriter; tu vero, vir, fac virum te praestes & muliebribus nil moveare ejularibus. Porro ingeniosa Vizi celeberrimi deque Catone nostro meritissimi Henrici Cannegieteri est conjectura, primum ita refingendum esse versum: *C. i. noli lamenta timere.* Quam satis jam celebravit suoque ex ingenio ulterius exornavit ipsi amicissimus Arntzenius. Sed, uti neque hunc clar. Virum necessitudo, sic nulla nos cogit necessitas, a recepto propterea discedere textu.

Practes

## FLOSCULI POETICI,

Semper habet lites, alternaque jurgia lectus,  
 In quo nupta jacet: minimum dormitur in illo.  
 Cum gravis illa viro, tunc orba tigride peior,  
 Cum simulat gemitus, occulti concia facti:  
 Aut odit pueros, aut ficta pellice plorat, —  
 Uberibus semper lacrymis, semperque paratis,  
 In statione sua, atque expectantibus illam,  
 Quo jubeat manare modo. Tu credis amorem!

JUVENALIS, Sat. VI. v. 267.

Quo non ars penetrat? Discunt lacrymare decenter:  
 Quoque volunt plorant tempore, quoque modo.

OVIDIUS, de Art. am. Libr. III. v. 297.

Ut flerent oculos erudiere suos. IDEM.

Didicere flere feminae in mendacium.

P. SYRUS, ed. Havercamp. mim. 155.

Aut amat, aut odit mulier, nihil est tertium. IDEM, v. 63.

Damnatus capitis, pedibus, manibusque revinctis,

Jussus erat lenta morte perire senex.

Captivum Faustina diu, clamque ubere patrem

Conservans, quondam filia, mater erat.

Custodum suspecta fides; suspectaque haberi

Coepit fraus natae, vel pietatis amor.

Ergo sagax Cultos, dum vidit ad ubera natae

Admotum patrem, sic furibundus ait:

O vafrum ingenium! Notum quid femina possit:

Notum, quod MULIER NEC SINE FRAUDE PIA EST.

Venerabilis senex, amicus quondam singularis noster, MELCHIOR  
 DOUZE AIDANS, Hortulo sacro, Operi gallica, Mythes  
 de la Croix, subjuncto, ed. Homb. ad m. a. 1732. p. 244.

Si sapias, artificem fraudem, laudemque caveto:

Femina fraude scates; femina laude calet,

IDEM, *ibid.* p. 251.

Praeterquam enim quod lamenta timeat nemo, quae misericordiam potius  
 excitare soleant; elegans hic observanda gradatio est, quam vel in transitu &  
 invitus fere jam laudat. sensit ipse Arntzenius: Verba, quae nil nisi mera  
 verba sunt, vana & imbecillae tantum iracundia, nondum, ut postea, fletibus  
 armata. Accedunt deinde, ut majoris momenti periculosioresque, tanquam  
 stratagemata, lacrymae. Denique universas quasi copias in aciem producit,  
 classicumque canit ploratus. Optime igitur cohaerent omnia: Noli timere verba,  
 quae nihili sunt: Simulat enim illa vel lacrymis & ploratu, nedum verbis.  
 Nam lacrymis fruit insidias quum f. p. Scriyer. Paris. n. & alii. Alii contra:  
 Instruit insidias lacrymis. Multi, in quibus & recens Parisinus: Dum foemina  
 plorat. Neque sic male,

( XXII. )

UTERE QUAESITIS, SED NE VIDEARIS  
ABUTI:

QUI SUA CONSUMUNT, QUUM DEEST, ALIENA  
SEQUUNTUR.



Τοῖς ἰδίοις κλεῖτεροι μόνον χρῶ, μὴ δὲ καταχρῶ  
Τῶν ἰδίων δαπανηταὶ ἐπαιτοῦσι τὰ θύρηφι.

*Use thine Estate, but make no wilful Waste;  
Who waste their own, would others spend as fast.*

*Branch' / ohne Mißbrauch hoch / das / was du dir erworben:  
Der schont kein fremdes Gut / wer einmal selbst verdorben.*

*Gebruik uw goederen, maar laat het misbruik staan  
Al wie zyn goedt verteert, tast dat van andren aan.*

*Usez de votre Bien, mais n'en abusez pas:  
De l'Indigence au vol il n'est souvent qu'un pas. Ou:*

*Scachez vous faire bonneur, sans dissiper vos Biens:  
On cherche ceux d'autrui, aiant mangé les siens.*



VARIANS LECTIO. *Qui sua consumunt, quum deest, aliena sequuntur.*  
Plerique Codd. & Editionum magna pars ita exhibuerunt, quas inter &  
Jansóniana, quae a. c13 13 cXLVI. hac in urbe publicam prodit in lucem.  
Nobiscum tamen facit &, praeter solitum, Scriverius, Anstzenii Leidenf.  
tertius

## FLOSCULI POETICI.

*Conveni* hodie adveniens *quendam* mei loci hinc, atque ordinis,

*Hominem* haud impurum, itidem *patria* qui abliguerat bona.

Video sentum, squalidum, aegrum, pannis annisque obsitum.

Quid istuc, inquam, ornati est? Quoniam *miser*, quod habui,  
*perdidi*. Hem!

*Quo redactus* sum? Omnes noti me atque amici deserunt.

Hic ego illum contemsi prae me: Quid, homo, inquam,  
ignavissime!

Itan' parasti te, ut spes nulla reliqua in te esset tibi?

Simul consilium cum re amisti? *Viden' me*, ex eodem ortum loco?

Qui color, nitor, vestitus, quae habitudo est corporis?

*Omnia habeo*, neque quidquam habeo: Nihil quum est, *nihil*  
*desit* tamen. —

Hoc novum est *aucupium*, ego adeo hanc *primus invenio* viam.

[Reliqua inde porro, jam dicta sunt & citata alibi.]

Omnia assentari. *Is quaestus* nunc est multo *uberrimus*.

— *Viden' otium & cibus* quid faciat alienus?

TERENTIUS, *Eunuch. Act. II. Scen. II. v. 3.*  
& porro.

*Prodigus* es; *mensam alterius pinguemque culinam*

*Fejunus frustra adspicies*, *patrimonia postquam*

*Absumta*, & *nimio fuerint deperdita luxu*.

PALINGEN. *Tauri* v. 525.

tertius, & quas vir idem doctiss. optimae notae Editiones appellat, quibus & ipse sua accessit, & nos praeterea Neo-Parisinum nostrum adsciscimus Paraphrasten, qui certe non sine Codd. auctoritate, Scriverii, a qua perpetuo abhorret, amplexurus fuerat sententiam.

204 DIONYS. CATONIS DISTICH.

( XXIII. )

FAC TIBI PROPONAS, MORTEM NON ESSE  
TIMENDAM.

QUAE BONA SI NON EST, FINIS TAMEN ILLA  
MALORUM EST.




Γυμνάζου μὴ ταρβῆσαι θανάτῳ τελευτήν.  
Ἦγ' ἐσθλή μὴ εὐσεῖ κακῶν πέρασ ἐστὶ περ ἐμπης.

*Resolve, of Death no Fear is to be bad;  
Which, though not good it self, ends all that 's bad.*

Nicht fürchte deinen Tod; er fordert Herz und Muth:  
Der Böses enden kan / ist er schon selbst nicht gut.

Stel vast, dat gy niet voor het sterven vreezen moet.  
De doot is 't eind van 't quaadt, al is zy zelf niet goedt.

*Je vous rédis ceci, retenez-le bien fart:  
La Fin de tous les Maux est une bonne Mort. \**



\* Scimus quidem, primo hoc in adspectu contrarium posse videri Latini textus; cum non sit revera. Sic enim argumentatur Noster: „Mors non formidanda, quia malum non est. Dixerim forte bonum. Quod tu si negas, quae bona si non est, tuo sensu; at negare non poteris: illam eandem finem esse malorum. Ergo, hujus saltem respectu, non mala; sed bona potius”. Quod idem dicit atque nos Gallico hic idiomate,

## FLOSCULI POETICI,

Fata manent omnes, omnes expectat avarus  
 Portitor, & turbae vix satis una ratis.  
*Tendimus huc omnes, metam properamus ad unam:*  
 Omnia sub leges mors vocat atra suas.

PEDO ALBINOVANUS, *Ad Liviam. v. 357.*

Nec mihi mors gravis est, posituro morte dolores.

OVIDIUS, *Libr. III. Metam. v. 474.*

Una tamen spes est, quae me solatur in istis:  
 Haec fore, morte mea, non diuturna mala.

IDEM, *Trist. Libr. IV. Eleg. VI. extrema.*

— — Hic levare functum  
 Pauperem laboribus,  
 Vocatus, atque non vocatus audit.

HORATIUS, *Libr. II. Od. XVIII. v. 32.*

Sit modus lasso maris, & viarum,  
 Militiaeque.

IDEM, *Lib. II. Od. VI. v. 7.*

Cui nivei mores, cui labis nescia mens est,  
 Finiet huic moestos hora suprema dies.

ERHARDUS WEIGELIUS,  
*Ethica naturalis.*

Omnes eodem pergimus. Vita omnibus  
 Data, pro miseriis longa, pro cursu, brevis.  
 Fessos labore sola mors donat tudi.

GROTIUS, *Farragin. Lib. II.*

*Mors introitus ad Vitam.*  
 Confectus senio Phoenix se mittit in ignem,  
 Ut propriis iterum pullulet exuviis.  
 Discite, Mortales, Parcarum spernere fila,  
 Nam, quo vivamus, vivere desinimus.

SCHOONHOV. *Embl. XLIV.*

VARIANS LECTIO, Quae hic occurrit, nullius prorsus momenti est, ut: praeponas, &: finis tamen illa malorum. Scriuetius, jam ab Arntzenio propterea notatus, prius est in sis transmutavit.



206 DIONYS. CATONIS DISTICH.

( XXIV. )

UXORIS LINGUAM, SI FRUGI EST, FERRE  
MEMENTO:

NAMQUE MALUM EST, NON VELLE PATI NEC  
POSSE TACERE.



Τὴν ἀλόχου γλῶσσαν χρηστῆς οὔσης ἀνέχεσθαι·  
Δυσφορέειν σὲ κακόν, γλωσσαλαγῆν δὲ αὐτῆς μὴν, ἐπαχθεῖς.


*Thy Wife's Tongue bear with, if she thrifty be;  
For not to bear, but brawl, is bad in thee.*

Dein Weib / ist's sonst nur fromm / laß immer etwas sagen;  
Nihtes schweigen ist nicht gut; noch ärger / nichts vertragen.

Hebt gy een goede vrou, verdraag het geen zy zegt.  
Haar niet te dulden, om haar snappen, is dat regt?

*Vôtre femme babille : Eh bien ! Laissez-la faire :*

*La nature l'a faite, }  
Nature l'a formée, } à ne pouvoir se taire.*



VARIANS LECTIO. Namque malum est nil velle pati, nec posse tacere.  
In pluribus ita invenit Codd. tum scriptis, eum aere exculis, Aratzenius,  
quos & enumerat, ipse tamen nobiscum præferens : malum est non velle pati  
nec posse tacere. Iptius vero Leidensis, quem vocat, tertius, itemque Scriverius :

## FLOSCULI POETICI.

*Lite fugant nuptaeque viros, nuptasque mariti,  
Inque vicem credunt, rem sibi semper agi.  
Hoc decet uxores: Dos est uxoria, lixes.  
Dulcibus est verbis mollis alendus amor.*

QVIDIUS, *Art. am. Libr. II. v. 152.*

Φιλόφλογον γὰρ χεῖμα θηλάων ἔφθυ.  
Σμικρὰς δ' ἀφορμὰς ἢ λάβωσι τῶν λόγων,  
Πλεοῖς ἐπεισφέρουσιν. ἡδονὴ δέ τις  
Γυναιξί, μὴδὲν ὑγιᾶς ἀλλήλαις λέγειν. H. E.  
*Calumpniosum est omne femineum genus;  
Minima ad profandum si data est occasio,  
Plus semper addit, inque coetu congrege  
Magna est voluptas, nil grave & sanum loqui.*

EURIPID. *Phoeniss. v. 205. &c.* HUGONS GRÆTIO  
*Interprete. Conf. & ejusd. ab Opitio, hoc ad  
Distichon, versus citatos.*

*Nam multum loquaces merito omnes habemur,  
Nec mutam, profecto, repertam ullam esse  
Hodie dicunt mulierem ullo in seculo.  
Optima, nulla potest eligi: alia alia  
Pejor, frater, est.*

PLAUTUS, *Aululariae Act. II. Sc. I. v. 5 & 19.*

*Multa ex quo fuerint commoda, ejus incommoda aequum est ferre.*

TERENTIUS, *Heccyrae Act. V. Scen. III. v. 42.*

*Et tibi si qua loquax, linguaeque volubilis, uxor  
Contigit, ignoscas; rara silere potest.  
Non tibi contingit soli: communia secessus  
Crimina, non cauta garrulitatis; habet.  
Hoc illis natura dedit, studiumque regendae  
Prolis, & ornandae cetera cura domus.  
Vos decet haec tolerare, Viri, neque ducere magni.  
Diluite apposito verba molesta mero.*

L. DE MEYER, *Lib. III. de Ira.*

zicus: nec velle pati, nec p. r. Novus Parisinus iterum produxit: nil velle, cum  
verustioribus, ejusdem praesertim loci, in eo conspirans. Staliger emenda-  
turus sic fuerat: Namque malum est, te nolle pati, hanc non posse tacere. Da-  
ziuscule. Veram sensum indagamus in Hist. Crit. huj. loc.

( XXV. )

AEQUA DILIGITO CAROS PIETATE  
PARENTES,  
NEC MATREM OFFENDAS, DUM VIS BONUS  
ESSE PARENTI.



Ἄμφοτέρους ἀγάπησον ἰση φιλότητι τοκῆας  
Μὴ προσκόψῃς μητρὶ, χαριζόμενος πλεον πατρί.

*Tby Parents love, the one as well as th'other ;  
To please tby Father do not cross tby Mother.*

*Sich wohl zu / daß du stets die Eltern gleiche liebest ;  
Entzeug der Mutter nicht / was du dem Vater giebest.*

*Bemin uw' Ouders trou, gelyk uw Plicht gebiet.  
Zoekt gy des Vaders gunst ; verstoet de Moeder niet.*

*D'une égale amitié chériffiez Pere & Mere :  
En offensant l'un d'eux, à l'autre on ne peut plaire.*

VARIANS LECTIO. „ *Aequa diligentia &c.* ] Ita Pithoeana Editio rectissime „ Vulgatae : *Dilige non aegra* ; Mendosissime. Quod sequitur Planudes „ Sunt verba Scaligeri. Jam „ Pithoeanae, inquit Arntzenius, Editionis Lectio- „ nem confirmant MSS. Codd. duo, Vet. Chart. & Membr. Voss. nec non „ Edit. Franega. & multae recentiores, auctoritate Scaligeri. Nos itaque, „ ex

## FLOSCULI POETICI.

*Prima piaæ soboli lex est, placuisse parenti.*

H. GROTIUS, *Farragin. Libr. II. in natal. Patriæ, v. 5. p. 209.*

*Laus magna natæ, obsequi parentibus.*

PHAEDRUS, *in App. Fabb.*

Obstupui, *subiit cari genitoris imago,*  
Ut regem aequaevum crudeli vulnere vidi  
Vitam exhalantem. — — — — —

— — — — — *Genitor, quem tollere in altos*  
*Optabam primum montes, primumque petebam.*

*Mene efferre pedem, genitor, te posse relicto,*  
*Sperasti? tantumque nefas patrio excidit ore?*

VIRGILIUS, *Æneid. Libr. II. v. 560. 635. & 657.*

*Ergo age, cave pater, cervici imponere nostræ:*  
*Ipse subibo humeris, nec me labor iste gravabit:*  
*Quo res cumque cadent, unum & commune periculum;*  
*Una salus ambobus erit.* — — — — —

IDEM, *eiusd. v. 707.*

*Quo deceat, patrem quisquis veneratur honore,*  
*Puniet illius crimina nulla Deus.*  
*Quique colit matrem, thesauros congeret auri,*  
*Et sibi magnificas accumulabit opes.*

APHERDIANUS.

*Praestes ipse tuis ita te majoribus aequum,*  
*Natos ut cupias esse aliquando tibi.*

MEYERUS.

*Qui cupis esse senex, caros venerare parentes:*  
*Quae patri facies, filius illa tibi.*

OWENUS, *Ethic. I. Epigr. XLI.*

*Quis-*

„ ex vestigiis horum librorum atque ex expressa lectione Leidensis tertii :

„ *Dilige non aequa caros pietate parentes :*

„ genuinum procul dubio dedimus “. Largiter ad haec responsum est in  
Historia hujus Distichi Critica.

*Quisquis iussa facit toto de corde parentum,  
Et colit officium sedulitate suum:  
Huic optata Deus largitur munera, nec non  
Obscuro ignotum protrahit ipse loco.*

SCHELLENBERGIUS.

*Clarior haud natos sequitur laus ulla, parentes  
Quam si dilectos debito honore colant.*

ANON.

*Cunctantes vorat ignis & undique torret avaros,  
Consequitur fugisse ratos & praemia captis  
Concremat; haec nullis parsura incendia pascunt,  
Vel solis parsura piis; namque optima proles,  
Amphinomus fraterque, pari sub pondere fortes,  
Cum jam vicinis streperent incendia tectis,  
Adspiciunt pigrumque patrem, matremque, senecta  
Eheu! defessos, posuisse in limine membra.  
Parcite, avara manus, dites adtollere praedas;  
Illis divitiae solae materque, paterque.  
Hanc rapiunt praedam, mediumque exire per ignem,  
Ipso dante fidem, properant. O maxima rerum,  
Et merito PIETAS homini tutissima Virtus!  
Erubuere pios juvenes adtingere flammae,  
Et quacumque ferunt illi vestigia, cedunt.  
Felix illa dies, illa est innoxia terrae!*

CORNELIUS SEVERUS, *Aetnae* v. 618.

*Qui, spretis opibus, medios properastis in ignes,  
Nil praeter sanctam tollere canitiem.*

CLAUDIANUS, *de iisdem*, Amphinomæ & Anapo,  
piis fratribus, *Eidyllio postremo*, v. 29.

FINIS LIBRI TERTII.

*DIONYSII CATONIS*  
**DISTICHA**

*DE*

**MORIBUS AD FILIUM,**

*POËTICIS ADORNATA*

**FLOSCULIS.**



**LIBER IV.**

---

PICTURAE MENS VERSIBUS EXPOSITA.

Natu jam major, si vis animo esse beatus (a),  
Neglectas aliis suspice divitias.  
Suspice, quae pariant mansuram in saecula laudem (b),  
Aeternum & durent, & sine fine beent.  
Suspice Virtutes, & earum suscipe bella,  
Adversus scelerum (c) bella gerenda greges:  
Cum justis noli contendere (d); sed fuge lites (e):  
Exerce studium (f); discce, docendo rudes (g).  
Quas virtute sua sapiens chorus occupat, arces,  
Vir bonus ac fortis (h), fac ut & obtineas.  
Has contra insultus quosvis RETINERE MEMENTO:  
In statione mane (i): Tu neque cede malis.  
Rejice, quae nemo sanctus nec honestus habebit (k):  
Teque babeas ipsum (l): Rem ratione (m) rege.  
Fortunam prudenter babe (n); sed cede potenti (o):  
Ejus sperne vices, insidiasque cave (p).  
Quae neglecta nocent, in tempore discute (q). Telis  
Occurrens, sana vulnera (r), linque metum (s).  
Vita petenda tibi (t), temnendaque tempore Vita (u),  
Nec temere fatum quaere (x), fugaxve time (y).  
Crede mihi, qualis fueris, quae signa secutus,  
Viceris, abnueris, proferet una dies (z).



(a) Dist. I. (b) XIX. (c) XLVI. X. & XVII. (d) XXXIV. (e) XXX. (f) XXI.  
(g) X<III. (h) XII. (i) XXVII. & XLVIII. (k) IV. (l) XXXV. Conf.  
Hist. Crit. (m) III. (n) ibid. & XXXII. (o) XXXIX. (p) XXVI. it. XI.  
(q) IX. & XLV. (r) XL. (s) XLIII. (t) XV. & XXIV. (u) XXII. (x) XIII.  
(y) XXXVII. (z) XXVIII.



Rebus in adversis \* poteris vir fortis haberi. 5







## P R A E F A T I O.

**SECURAM QUICUMQUE CUPIS DEDUCERE  
VITAM,**

**NEC VITIIS HAERERE ANIMUM, QUAE  
MORIBUS OBSUNT:**

**HAEC PRAECEPTA TIBI SEMPER RELEGENDA  
MEMENTO.**

**INVENIES ALIQUID, QUO TU TE UTARE  
MAGISTRO.**

---

VARIANS LECTIO. *Securam quicumque cupis perducere vitam.*] Arntzenius, iis, quos ipse indicat, auctoribus, aliis tamen & nobis pariter cum Scriverio relictis.

*Traducere vitam*] alii iridem multi ediderunt, nec male, quos novus cum antiquioribus sui loci, sequitur Parisinus.

*Nec vitiis haerere animos, qui moribus obsunt.*] Tum, certe, demum cum supra dicto dicendum est Arntzenio: *multa hisce Praefationibus aliena inesse & inepta*, ubi cum eodem Viro Doct. ex tanta diversitate ac variationum numero, cui nos inhaereamus ipsi, legendi modum, tam infeliciter elegerimus. Sic profecto omnia in iis hiulca erunt & dissona atque insipida.

*Moribus obsunt.*] Nec sic male in unico tantum observavit Cod. Arntzen.

*Invenies aliquid, quo te utare magistro.* Sic vulgo in Editt. plerisque. Sed bene monet Daumius, coactam eam esse lectionem. Alii: *in quo te utere magistro.* Vel: *in quo te utare magistro.* Veluti Opitius edidit. Multo pejus alii glossatores: *Quod te vitare magistro.* *Magistro pro: instruo, instituo*, tamquam Thema Verbi ut sit accipiendum. It. alii: *quo tu utare magistro.* Denique: *quo tute vel tu te utere magistro* ex quo Scriverius pro more, sua, hic tamen non plane invita effinxit Minerva: *Quo vitae utare magistro.* Summa est, ut discat aliquando & sine cortice natate, quod ajunt, tiro hisce innutritus sententiis.



## BIBΛION TETAPTON.

### ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Ὅς τις δὴ ποθέεις βίον διαγείν ἀτάρακτον,  
Νοῦν δ' εἶναι παθέων ἀμύγης τῶν ἡθροῖν ἐχθρῶν  
Τὰς δ' ὑποθημοσύνας συχνῶς μέμνησο πολῆσαι,  
Οἷς ἐνὶ δῆεις, τῶν σὺ διδάσκαλος ἔσση ἑαυτῶ.

### THE FOURTH BOOK.

*Whoe'er thou art that fain would'st live secure  
And not to hurtful Vice thy Mind inure,  
Remember that these Rules thou often read,  
Which in thy Course of Life may thee bestead.*

### Das vierte Buch.

So! deine Lebens-Zeit mit Furchte nicht beladen/  
Und frey von Lastern seyn/ die guten Sitten schaden:  
So lerne diese Lehr' und denke wohl daran.  
Hier ist genug. für dich / was unterweisen kan.

Wilt

HET VIERDE BOEK.

Wilt gy in stille rust doorbrengen al uw leven,  
En dat op uw gemoedt geen vlekken zullen kleven,  
Diè strekken zouden aan uw zeden tot bederf,  
Herlees de lessen, die 'k U voorstel, meenigwerf.  
Zoo zult ge u zelve tot een' meester kunnen strekken,  
Om uw gemoedt altydt tot deugden op te wekken.

LIVRE QUATRIEME.

*Toi, qui dans le repos prétends couler tes jours,  
Sans que le Vice affreux vienne en troubler le cours,  
Pratique ces Leçons avec exactitude :  
Toi-même deviendras ton maître en cette étude.*



216 DIONYS. CATONIS DISTICH.

---

( I. )

DESPICE DIVITIAS, SI VIS ANIMO ESSE  
BEATUS:

QUAS QUI SUSPICIUNT, MENDICANT SEMPER  
AVARI.




Πλοῦτον ὑπερφρονέειν, εἰ λῆς κόν ὀλβιος εἶναι·  
Κίμβικες ὄν ποθέοντες ἀεὶ πτωχοὶ τελέουσι.

*If thou would'st happy be, Riches despise ;  
Which they that doat upon, live Beggar - wise.*

Nicht räume / liebſt du Ruh / zu viel den Gütern ein :  
Wer ſie ſo gar hoch ſchätzt / muß ſtets ein Bettler ſyn.

Laat u den rykdom toch niet al te veel behagen.  
De ryke Gierigaart blyft beedlen al zyn dagen.

*Fais peu-de-cas des biens, ſi tu veux vivre heureux :  
Enſéveli ſous l'or, l'avare eſt toujours gueux.  
Ou : eſt malheureux.*



VARIANS LECTIO. *Dispice divitias, & : Quas qui suscipiunt. Mendose,*  
*&c., ut ipse ait Arntzenius: Prono dormitantium isbratorum errore, scriptum is*  
*invenit*

## FLOSCULI POETICI.

*Semper avarus eget: Certum voto pete finem.*

HORATIUS, *Libr. I. Ep. II. v. 56.*

*Crescentem sequitur cura pecuniam  
Majorumque fames.* ——— ———

IDEM, *Libr. III. Od. XVI. v. 17.*

————— ——— *Quid non mortalia pectora cogis,  
Auri sacra fames?* ——— ———

VIRGILIUS, *AEncid. Libr. III. v. 56.*

*Non opibus mentes hominum curaeque levantur.*

TIBULLUS, *Libr. III. Eleg. III. v. 21.*

*Tantis parva malis, cura majore metuque  
Servantur: misera est magni custodia census.*

JUVENALIS, *Sat. XIV. v. 303.*

*Sed quo divitias, haec per tormenta coactas,  
Cum furor haud dubius, cum sit manifesta phrenesis,  
Ut locuples moriatis, egenti vivere fato?  
Interea, pleno cum turget sacculus ore,  
Crescit amor numi, quantum ipsa pecunia crescit,  
Et minus hanc optat, qui non habet.* ——— ———

IDEM, *Ejusd. v. 135.*

*Quid mihi divitiae, quarum si demeris usum,  
Quamvis largus opum, SEMPER EGENUS ero.*

CORNEL. GALLUS, *Eleg. I. v. 181.*

*Quid tam sollicitis vitam consumimus annis?  
Torquemurque metu, coeque cupidine rerum,  
Aeternisque fenes curis, dum quaerimus aevum,  
Perdimus, & nullo votorum sine beati,  
Victuros agimus semper; nec vivimus umquam?  
Pauperiorque bonis quisque est, quò plura requirit:  
Nec quod habet numerat: tantum quod non habet, optat.*

M. MANILIUS, *Libr. IV. Astron. v. 1.*

*Condit avarus opes, defossoque incubat auro:  
Per fas atque nefas condit avarus opes:  
Unde habeat, nihil is curat, sed oportet habere;  
Et cito vult fieri dives, INOPSQUE manet.*

REUSNERUS.

*Qui multis eget, est, quamvis sit DIVES, EGENUS.*

HOLB. *Vid. sequentem vers. sub fin. flosculor. prox. D. p. 219.*

---

invenit in suis illis optimae notae Codd. fere omnibus. Luculento fatis documento, quam male iis perperuo aut ubique fides sit habenda.

218 DIONYS. CATONIS DISTICH.

( II. )

COMMODA NATURAE NULLO TIBI TEMPORE  
DEERUNT,  
SI FUERIS CONTENTUS EO, QUOD POSTULAT  
USUS.



Ἄφελαι φύσεως μαλ' ἀνελλιπέες σοὶ ἔσονται,  
Ἦν σέρξης κείνοις, τῶν περ χρεώ ἐσι βροτοῖσι.

*Nature's Supplies will no Time fail to thee,  
If thou with needful Things contented be.*

Nie wird dir die Natur versagen ihre Gaben /  
Wann du nicht mehr begehrt / als was die Noth wil haben.

't Gemak voor uw natuur zult gy geen tyds ontberen,  
Indien gy zyt te vreên met dat zy zal begeren.

*Rien ne te manquera, si, pour te satisfaire,  
Il te suffit toujours du simple nécessaire.*



F L O S C. P O E T. R E L.

Non est in cupido, semper dicatur ut auri  
Dives; & in paucis dat bonus usus opes.

SAMBUCUS.

*Quidnam deesse potest, modicus si panis & unda  
Prandia, vel coenas si tibi praebet olus?*

OWENUS, Ethic. I. Ep. LXXXI.

Non est, crede mihi, multos qui possidet agros,  
Dives: Sed dives, cui satis unus ager.

Ibid. Epigr. LXVII. & passim.



VARIANS LECTIO. Si contentus eo fueris, quod tempora praebent.  
distinguerunt Scribae male feduli, quos in priore Hemistichio & novus sc.

## FLOSCULI POETICI.

Cur valle permutem Sabina  
Divitias oporofiores?

HORATIUS, *Carm. Libr. III. Od. I. v. 47.*

Non ego divitias patrum fructusque requiro,  
Quos tulit antiquo condita messis avo.  
*Parva seges satis est. Satis est, requiescere lecto*  
Si licet, & solito membra levare toro.

TIBULLUS, *Libr. I. Eleg. I. v. 37.*

*Cumque sui parvos usus NATURA reposcat,*  
Materiam struimus magnae per vota ruinae;  
Luxuriamque lucris emimus, luxuque rapinas;  
Et summum census pretium est, effundere censum.  
*Solvite, mortales, animos, curasque levate*  
*Totque supervacuis vitam deplete querelis.*

M. MANILIUS, *Astron. Libr. IV. v. 8.*

Est tibi *far modicum, purum & sine labe salinum.*  
Quid metuas? cultrixque foci *secura patella* est.  
*Hoc satis.*

PERSIUS, *Sat. III. v. 25.*

*Discite, quam parvo liceat producere vitam,*  
Et quantum NATURA petat.

LUCANUS, *Libr. IV. v. 377.*

Parvae ruris opes *sufficiunt brevis*  
AEvi curriculo: *Tolle superfluas*  
Rerum *delicias, voraque finiat*  
Non inmensus amor *lucri;*  
Sed *lex, quam ratio praecipit abstinent.*  
*Naturaeque tenor. Nil cupientibus*  
*Voti fructus adest.*

DOMINIC. BAUDIUS, *Libr. II. Od. VII. v. 49.*

Sperne Midae gazas, &, quod Pactolus arena  
Volvit. Vilescat, quidquid in orbe nitet.

*Si tibi contingant, vitae QUAE POSTULAT USUS;*  
*Ista contentus sorte, beatus eris.*

Immodicae siquidem mentes mordacibus angunt  
Divitiae curis, & mala multa docent.

Quae te non tangent: Veluti neque gloria mundi,  
Si tecum reputes, esse caduca bona.

APHERDIANUS.

*Contentus paucis est OPULENTUS, INOPS.*

HOLBEN.

est Editor Parisinus; ad restituendam, si diis placet, suo loco caesuram: non observata, quae sic periret, majore versus elegantia.



( III. )

QUUM SIS INCAUTUS, NEC REM RATIONE  
GUBERNES,

NOLI FORTUNAM, QUAE NON EST, DICERE  
COECAM,



Εἰ τὰ σὰ μὴ φρόνιμος τις ἔων διέπεις ἀλογίως,  
Μὴ κίκλησκε τύχην τυφλὴν, τὴν μηδὲν εὐσαν.

*When thro' thy Fault Things go not to thy Mind,  
Say not that Fortune, which is nothing, 's blind.*

Versich'st du irgend was und schau'st übel zu;  
Schilt nicht auf's blinde Glück. Was ist so blind / als du?

Verzuimt ge uw erfgoet, zyt ge ook reukeloos daar by,  
Zoo noem Fortuin niet blind. Is zy 't zoo wel, als gy?

*D'un sens mal-avisé victime téméraire,  
Ne t'en prens point au Sort : Il n'est qu'une Chimère.*

---

VARIANS LECTIO. *Noli Fortunam, quae nulla est, dicere coecam* Scalligeri emendatio haec talis fuerat, sub conditione tamen, ut nostri ea mens Auctoris

## FLOSCULI POETICI.

Unus cuncta moves, caesarum maxima Causa.  
 Et nihil est Fortuna, nihil quoque denique Casus,  
 Incertum quodcunque cadat, nisi nomina vana,  
 Quae fumus infirmis commenti sensibus ipsi.

VIDA, Hymno de DEO. p. m. II.

Nullum Numen habes, si sit prudentia: Nos te,  
 Nos facimus, Fortuna, Deam, coeloque locamus.

JUVENALIS, Sat. & ab Arntzen. citata,  
 X. v. 165. & XIV. 315.

Ex hominum quaestu facta Fortuna est Dea.

Κέρδος βροτέιον τὴν Τύχην ποιεῖ θεόν.

PUBLIUS SYRUS, Interprete Graec. SCALIGERO,  
 Sentent. 149.

Fortuna Jus in hominis mores non habet.

Τύχην βροτέιων κῦρος οὐκ ἔχει τρόπον.

IDEM ambo, in Mimiambis Sentent. 172.

Fortuna nulli plus, quam consilium, valet.

Οὐδενὶ τύχην δύναιτο τῆς βουλῆς πλεόν.

EORUMDEM, Sentent. 174.

Exitus acta probat: careat successibus, opto,  
 Quisquis ab eventu facta notanda putat.

OVIDIUS, Heroid. Ep. II. v. 85.

Clytaemnestra. Ubi animus errat; optimum est, casum sequi.  
 Nutrix. COECA est TEMERITAS, quae petit CASUM DUCEM.

SENECA, Agamemn. v. 142.

Res bene succedet, laeto neque fine carebit,  
 Consilio regitur quae moderata bono.

Exitus infelix sequitur temeraria facta,  
 Quae sine Consilio sunt bene coepta parum.

Expedit in cunctis rebus, capere ante salubre  
 Consilium, quam res adgrediare novas.

Nam sine consilio qui magna negotia demens  
 Accipit, hunc certe saeva pericla manent.

VRANIUS, JCrus, in Consiliis.

Est opus ingenio: magnum sollertia praestat;  
 Et nihil imprudens, quod bene fiat, aget.

SAMBUCUS, p. 228. tit. Occasio mali praecavenda.

Sed neque Fortuna est quidquam, nisi opinio vana:  
 Quam merito spernis, vincis & ingenio.

IDEM, p. m. 22. tit. Fortuna Duce.

Auſtoris fuiſſet. Mendoſior vero atque infortunatioꝝ iſta, quamvis audaciſſima  
 Scriverſi Corꝛectio: Noli Fortunam, quod non eſt, dicere cauſam.

( IV. )

DILIGE DENARJUM; SED PARCE DILIGE  
FORMAM:QUAM NEMO SANCTUS NEC HONESTUS CAPTAT  
AB AERE.


Φίλει μὲν, μετρίως δὲ φίλει, τὸ νομίσματος εἶδος,  
Οὐ τινὸς οὐ σπουδαῖος ἀνὴρ διὰ χαλκὸν ἐράται.

*Love Money well; but love 't not for its Sight,  
In which no honest Man takes much Delight.*

Der Münze Glanz und Zier schau / aber mäßig / an:  
Den Nutzen / nicht den Schein / besieh' t ein weiser Mann.

Hou 't gelt in waarde, maar vergaap u niet aan 't gelt.  
Wie wys is, heeft zyn hart noit op dien glans gestelt.

*N'abborrez point l'Argent : Il est bon, d'en avoir :  
Mais nul Homme-de-bien ne l'aime, pour le voir :*



VARIANS LECTIO. Quod si alicujus fidei Codicum addiceret aut non  
contradicendo saltem permetteret auctoritas, amarem, sane, isto modo hoc  
afferri Distichon :

*Dilige Denarium; sed parce. Dilige Formam,  
Quam nemo sanctus nec honestus captat ab aere.*

Bruta enim est divitiarum a bruta illa aeris vel metalli materia derivata, ab  
ejusque in nos redundans abundantiae opinione, gloria. Et avaritiae crimen,  
ut verae contrarium Formae fugiendum, jam superius hic Noster monuit. Sed  
nimia & innumeris paene modis diversa ubique Distichi lectionum est, quod  
tra-

## FLOSCULI POETICI.

Perdidit arma, locum Virtutis deseruit, qui  
Semper in augenda festinat & obruitur re.

HORATIUS, *Libr. I. Epist. XVI. v. 67.*

Imperat aut servit collecta pecunia cuique,  
Tortum digna sequi potius, quam ducere, funem.

IDEM, *Ejusd. Libr. Ep. X. v. 47.*

Vilius argentum est auro, virtutibus aurum.  
O Cives, Cives! quaerenda pecunia primum est,  
Virtus post nummos. Nummos contemtor in arca.

IDEM, *Lib. I. Ep. I. v. 52.*

Tantalus a labris sitiens fugientia captat  
Flumina. Quid rides? Mutato nomine de te  
Fabula narratur. Congestis undique faccis  
Indormis inhians, & tamquam parcere sacris  
Cogeris, aut pictis tamquam gaudere tabellis.  
Nescis, quo valeat nummus? quem praebeat usum?

IDEM, *Libr. I. Sat. I. v. 67. Conf. & Libr. II.  
Sat. III. v. 109. & 199.*

Sed quis nunc alius, qua mundi parte quis audeat  
Argento praeferre caput, rebusque salutem?  
Non propter vitam faciunt patrimonia quidam;  
Sed vitio caeci propter patrimonia vivunt.

JUVENALIS, *Sat. XII. v. 48.*

Nunc modus hic agri nostro non sufficit horto.  
Inde fere scelerum caussae: nec plura venena  
Miscuit, aut ferro grassatur saepius ullum  
Humanae mentis vitium, quam saeva cupido  
Immodici census. Nam dives qui fieri vult,  
Et cito vult fieri: Sed quae reverentia legum,  
Quis metus, aut pudor est umquam properantis avari?

IDEM, *Sat. XIV. v. 171.*

Nul-

tractamus, varietas: Ut, quae earum, reliquis rejectis omnibus, potiori sit  
jure amplectenda, vix tuto constet. Praecipuas tantum, nec nisi strictim in-  
dicatas, in transitu quasi perlustrabimus. Sic vulgata fere illa dicenda est,  
quam sequuntur, inde a Scaligero quam plurimi, ut & Janssonii, & nostra-  
tis Editio Opitii, nec minus, nuperrime adhuc Arntzenius & novus ille Pari-  
sius noster, a nobis saepius jam in partes vocatus:

*Dilige denari, sed parce dilige, formam.*

Sed ea minus placet, quoniam & sic tamen ipsa diligenda pecuniae forma esset;  
non usus tantum ejus: quae duo, quatenus perspicimus, in mente Auctoris  
sunt

Nullus enim magni sceleris labor —  
 Mentis causa malae tamen est & origo penes te.  
 Nam quisquis magni census praecepit amorem,  
 Et laevo monitu pueros producit avaros,  
 Et qui per fraudes patrimonia conduplicare  
 Dat libertatem, & totas effundit habenas  
 Curriculo: quem si revoces, subsistere nescit;  
 Et te contempto rapitur, metisque relictis.  
 Nemo satis credit tantum delinquere, quantum  
 Permittas: Adeo indulgent sibi latius ipsi.  
 Cum dicis juveni stultum, qui donet amico,  
 Qui pauperatam levet, attollatque propinqui:  
 Et spoliare doces, & circumscribere, & omni  
 Crimine divitias adquirere, quarum amor in te est.

Ejusd. Sat. v. 224. 226. & 399.

Curatoris eget, qui navem mercibus implet  
 Ad summum latus, & tabula distinguitur unda:  
 Cum sit causa mali tanti, & discriminis hujus  
 Concisum argentum in titulos, faciesque minutas.

[Qui versus postremus jam a Scaligero ad hoc ipsum Catonis Distichon, sed ex memoria tantum, citatus.]

IDEM, Sat. ejusd. v. 288.

Imo etiam poena est, partis incumbere rebus,  
 Quas cum possideas, est violare nefas.  
 Non aliter sitiens vicinas Tantalus undas  
 Captat, & oppositis abstinet ora cibis.

CORNELIUS GALLUS, Eleg. I. v. 183.

Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat, & auro  
 Vi potitur Quid non mortalia pectora cogis,  
 Auri sacra fames? — — — — —

VIRGILIUS, Aeneid. Libr. III. v. 55.

— — — — — Quid enim salvus Infamia nummis?

JUVENALIS, Sat. I. v. 48.

Quant-

sunt quam maxime distincta. Anterulimus igitur ei antiquiorem lectionem: Denarium, ipsum scilicet, propter usum, non formam: Quam, ut ab aere & pretio diversam, aut in distinctione acceptam, nemo profecto captabit, qui sancti & honesti tueri nomen volet. Idem enim hoc mihi captare ab aere dictum videtur, ac illud, quod Philosophi, iique Dialectici, dicturi forent: A Materia abstrahere, & ut separatam quasi seorsum spectare, rei Formam. Nisi quod talis abstractio Formae in Pecunia, Stultorum esset, quod & revera vult Dionysius noster, non vero Sapientium, non honestorum, neque sanctorum Virorum, qui vel auri gemmarumque ingentes oculo irretorto spectarent acervos, veluti eodem, ac Stoicus homo noster, praeditus animo, de Sapiente suo praedicat Horatius.



*Aurum per medios ire satellites  
Et perrumpere amat saxa potentius,  
Ictu fulmineo.*

HORATIUS, *Carm. Libr. III. Od. XVI. v. 9.*

*Non animo Pietas, non illi occurrit Honestas,  
Cui nihil inmenso dulcius est pretio,*

LANGIUS.

*Methodus pecuniaria.*

*Magna quidem virtus nummis est posse potiri;  
Scire uti, major; maxima, velle frui.*

OWENUS, *Libr. ad R. Andoïn. Epig. LXXXVIII.*

*Dives.*

*Deterior fio, fieri dum ditior opto:  
Major me fieri molior, haud melior.*

IDEM, *Libr. ad Carol. Eborac. Epigr. LXXXIII.*

*De vitiiis & divitiis.*

*Nemo hominum vivit sine crimine, five crumena:  
Crimine rara suo plena crumena caret.*

IDEM, *Libr. ad G. Sidley. Epigr. LII.*

*Opes invifae merito sunt forti viro,  
Quia dives arca veram laudem intercipit.*

PHAEDRUS, *Libr. IV. Fab. XI. v. 1.*

*Intolerabilius nihil est, quam dives avarus,  
Quam stultus locuples, quam fortunatus iniquus.*

PALINGEN. *Scorpii v. 897.*

*O quam difficile est, opibus non tradere mores:  
Quando solent auro tanta subesse mala!  
Non bene conveniunt, nec in una sede morantur,  
Sancta fides & opum luxuriosus amor.  
Non facile est, coeli locupletem tangere limen.  
Coecus inutilium quem coquit ardor opum.*

REUSNERVS.

Est

rem. Qui & Sopholog. Libr. VI. Cap. XVIII. fol. 59. sequentia addit: Illi enim parce denariorum formam diligunt, qui pro sola necessitate quaerunt. Sed formam illi desiderant, qui denarios vendicant, non pro necessitate, sed pro superflua aviditate. Haec usque huc & plura eo facientia e Barthio maximam partem depromsit Daunius. Porro Distichon sic emendaturus erat Boxhornius:

*Dilige denarium, sed parce dilige. Famam*

*Nam nepo sanctus vel honestus captat ab aere.*

In hoc, si non audacter minus, certe minus, infeliciter, ac in reliquis. Sed destituimur auctoritatibus, uti jam dictum ante. Refellit Boxhornium, ad libros MSS. serio provocantem, per joculariter dictum aliquod Arntzenius, neque negat tamen ipse: Vossii Conlationes, Leidensem Cod. tertium, Codicem itid. Turicensem & libros typis impressos antiquissimos, ut Editt. Boill. Erasm. Gryph. Corder. Cruc. aliasque praeferre denarium voci denari, quod & ipse sinuavit, qui primus mutasse videretur, Scaliger. Sed neque in illius nos ver-

Est via perplexis per longa meatibus antra,  
 Regia gemmatis qua panditur aurea valvis.  
 Ingentis Divae, paribus quae cum Jove summo.  
 Obtinet auspiciis lecti moderamina mundi. —  
 Regina in mediis magnae penetralibus Aulae  
 Aurea tota, sedet solio sublimis in aureo,  
 Diffundens radiantem omni de corpore flammam.  
 Haec est illa, cui famulatur maximus orbis:  
 Diva potens rerum, domitrixque PECUNIA fati,  
 Telluris magnae Plutique facerrima proles.  
 Cujus adorati petierunt saepe Tyranni  
 Foedera, saepe suas spes damnare repulsi.

JOANN. SECUNDUS, *Sylvarum Libr. I. Sylva I.*  
 Reginae Pecuniae Regia, v. 1. 25 & 32.

Multos praecipitans in aperta incendia cogit,  
 Nec patitur vitare focos, quibus aestuat aurum,  
 Quod petit arsurus pariter speculator avarus.

PRUDENTIUS, *Psychomachie v. 418.*  
 in *Avarit. & Largitatis pugna.*

Nec parcit propriis amor insatiatus habendi.  
 Pignoribus, spoliaturque suos fames impia natos.

*Ibid. v. 416.*

Quis peccus furor ergo tuum percellit, avarae,  
 Ut linquenda tibi sic bona, laevus, ames?  
 Haec fuge, quae servans, ab eis servabere nunquam:  
 Serpentemque sinu parce fovere tuo.  
 Perfidus hinc jam jam, procul hinc pellatur amicus;  
 Qui fugiente fugit prosperitate suum.

BILLIUS.

ba juravimus. Etiam Scriverio heic, quantum ad primum Distichi versum, nobiscum convenit; sed sequentem ei ita subnectit:

*Qua nemo sanctus nec honestus captat haberi.*

Quam vero, quod & nos elegimus, pro qua, Scriverii, vel pro quem, Arnæ Zenii, ex hujus ipsius recensione: „ agnoscunt Leidens. rectius & editantissimi, quissimi, ut Aug. Vind. Euchar. Tremou. Pulmanni, Parisienses, Choueti, Florentinus, Boill. Erasm. Gryph. & Cruc. ” Haec ejus verba sunt, quibus omnibus ipse tamen nil praeter simplex aliud opponit: *Existimo*. Denique, licet nec ipse prorsus tueri audeat, Amici sui, celeberr. Viri conjecturam, Canngieteri; ingeniosissima ea tamen est, quaeque hic agmen claudat, dignissima:

*Dilige te ornari; sed parce dilige formam:*

*Quam nemo sanctus nec honestus captat habere.*

Nemo saltem erit, qui huic elegantissimae laudem uomenque detraxerit  
 PARODIAE.




228 · DIONYS. CATONIS DISTICH.

( V. )

QUUM FUERIS LOCUPLES, CORPUS CURARE  
MEMENTO.

AEGER DIVES HABET NUMMOS; SE NON HABET  
IPSUM.




Ἄφρονος γεγονώς, ἀμελής μὴ σώματος εἶναι  
Κέρμα ἔχει νοσέων γὰρ ὁ πλούσιος, οὐκ ἔχει αὐτόν.

*Make much of one, when thou hast Store of Pelf :  
A rich Man sick hath Cash, but not himself.*

Hast du viel Geld und Gut / so warr' und pflege dich.  
Ein Reicher Kranker hat die Heller / und nicht sich.

Bezorg in ziekte uw lyf, hebt gy veel gelt byeen.  
Wat baat u 't gelt, als u 't gebruik is afgesneên ?

*Servez vous de vos biens dans les besoins du Corps :  
Un Malade n'a rien, eût-il tous les trésors.*



SATURA FLORUM ALTERA.

*Si ventri bene, si lateri est, pedibusque tuis, nil  
Divitiae poterunt regales addere majus.*


HORATIUS, Libr. I. Epist. XII. v. 5.

*Si noles sanus, curtes hydropicus.*

IDEM, Libr. I. Ep. II. v. 34.

*Non domus, & fundus, non aeris aceruus & anti  
Ægroto domini deduxit corpore febres,  
Non animo curas. Valeat possessor oportet,  
Si compotialis tebus bene cogitat uti.*

Ejusd. Epist. v. 47.



VARIANS LECTIO. *Æger dives habet nummum; sed non habet usum,*  
Rarior Lectio, & fortasse Weitzii tantum Conjectura. *Sed non habet ipsum.*  
Ita paullo antiquiores legerunt & ipse quoque Erasmus, qui tamen felicior  
multo

## FLOSCULI POETICI.

*Qui nummos aurumque recondit, nescius uti*  
 Compositis, metuensque *velut* contingere sacrum.  
*Si quis ad ingentem frumenti semper acervum*  
 Porrectus *vigilet*, cum longo fuste, *neque* illinc  
*Audeat esuriens dominus contingere granum,*  
*Ac potius foliis parcus vescatur amaris;*  
 Si positus intus Chii veterisque Falerni  
 Mille cadis, (nihil est,) tercentum millibus, acre  
 Potet acetum; age, si & stramentis incubet,  
 Unde octoginta annos natus, cui stragula vestis,  
 Blattarum ac tinearum epulae, putrescat in arca:  
*Nimirum insanus paucis videatur,* eo quod  
 Maxima pars hominum morbo *jaectatur eodem.*  
 Filius, aut etiam haec libertus *ut ebibat heres;*  
*Dis inimice senex, custodis, ne tibi desit?*  
 Pauper Opimius argenti positi intus & auri,  
 Qui Vejentanum festis potare diebus  
 Campana solitus trulla, vappamque profestis,  
 Quondam *lethargo* grandi est *oppressus*: ut heres  
 Jam circum loculos & claves laetus ovansque  
 Curreret. *Hunc medicus* multum celer atque fidelis  
*Excitat* hoc pacto: Mensam poni *jubet*, atque  
*Effundi saccos nummorum*: accedere plures  
 Ad numerandum. *Hominem sic erigit*: addit & illud:  
*Ni tua custodis, avidus jam haec auferet heres.*  
 Men' vivo? Ut vivas igitur, *vigila*. Hoc ago: Quid vis?  
*Deficient inopem venae te, ni cibus atque*  
 Ingens *accedat* stomacho futura ruenti.  
*Quid cessas? Agedum, sume hoc ptisanarium oryzae.*  
 Quanti emtae? *Parvo*. Quanti ergo? *Octo assibus*. Eheu!  
 Quid refert, morbo, an furtis pereamque rapinis?  
 Quisnam igitur sanus? Qui non stultus. *Quid avarus?*  
*Stultus & insanus!*

HORATIUS, Libr. II. Sat. III. v. 109. & 142.

Ultra haec *nitendum*, ut vivamus corpore sano:  
 Quippe valetudo est *censu praestantior* omni.  
 Robustus *fossor* rege est *felicitior aegro*.

PALINGENIUS, Leonis v 753.

~~XXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXX~~

Ita conjectura, veram, suo ex ingenio, jam adsecutus lectionem est,  
 iam & confirmant Codd. Ad eos enumerantem Arntzenium. Audacior ite-  
 a Scriverii, urque adsolet, & ipsa mera conjectura:

*Dives habet nummos, aeger se non habet ipsum.*

( VI. )

VERBERA QUUM TULERIS DISCENS ALIQUANDO  
MAGISTRI,

FER PATRIS IMPERIUM, QUUM VERBIS EXIT I  
IRAM,



Παιδοτριβου μάστιγα μαθητεύων πόντ' ἀνατλάς  
Τέτλαθε χωμένοιο βαρύφρονα πατρός ἐνιπήν.

*Since thou endur'st at School to be well beaten,  
Endure thy Father's Words, when he doth threaten.*

Ψλαγ' einst dein Lehrer dich / aus Ungebult / zu schlagen;  
So leide Vaters Zorn / den kan ein Kind wohl tragen.

Heeft uw Leermeeſter u om waanbedryf geſlagen;  
Zoo moet gy 's Vaders woorde en gramſchap ook verdraagen.

*Jadis ſoumis aux Coups d'un Pédant de l'Ecole,  
Ne ſouffrirez-vous point d'un Pere une Parole ?*

VARIANS LECTIO. Verba quum tuleris dicens. It. Verbera quum  
discendo Utraque vana & in deterius facta permutatio, non correctio,  
& contra Grammaticae & metri leges inpingat utraque. „ Fer Patris ingenium  
„ Ita Scaliger. Caeterae Editiones: imperium”. Sunt verba Daumii. Equum  
fateor optime dici: patris ingenium, pro morositate paterna; sed latius &  
quaeris acta potius & instituta domestica difficilis alicujus patrisfam-  
senis. extendi potest ac debet, quam ad iracunda tantum atque imper-  
stentia verba. De quibus tamen hic praecipue sermo est. Itaque ad verba

## FLOSCULI POETICI.

Nimum ipse est durus, praeter aequumque & bonum:  
 Et errat longe, mea quidem sententia,  
 Qui imperium credat gravius esse, aut stabilius,  
 Vi quod fit, quam illud, quod amicitia adjungitur.  
 Mea sic est ratio, & sic animum induco meum:  
 Malo coactus qui suum officium facit,  
 Dum id rescitum iri credit, tantisper cavet;  
 Si sperat fore clam, rursus ad ingenium redit:  
 Ille, quem beneficio adjungas, ex animo facit:  
 Studet par referre: praesens absensque idem erit.  
 Hoc patrium est, potius consuefacere filium,  
 Sua sponte recte facere, quam alieno metu.  
 Hoc pater ac dominus interest. Hoc qui nequit,  
 Fateatur nescire imperare liberis.

TERENTIUS, *Adelph. Act. I. Scen. I. v. 39.*

it. Immo ille fuit senex importunus semper: & nunc nihil magis  
 Vereor, quam ne quid in illum iratus plus satis faxit pater.  
 r. Fortasse aliquantum iniquior erat, praeter ejus libidinem:  
 Pateretur: Nam quem ferret, si parentem non ferret suum?  
 Hunc cunctis erat aequum ex illius more, an illum ex hujus, vivere?

IDEM, *Heautontimor. Act. I. Scen. II. v. 23. & 27.*

Si tibi sunt duri, tolerando vince parentes:  
 Si faciles, curam, ne moveantur, habe.

AULAEUS.

Cur virgam fugitis, juvenes, frenumque timesis?  
 Cum tot ab his artes ipse docetur equus.

WEIGELIUS, *Ethica naturali.*

Ne (quaeso) tremulo Patri resistas.  
 Est morosior, est avariorque;  
 Sed hos comites, petita cunctis,  
 Adducit comites perenne secum.  
 Qualis qualis erit, tamen ferendus  
 Est tibi, potius modestus ipsum,  
 Quam perversus & obstinatus, audi.

SCHOONHOY. *Exempl. XI. f. f.*

Arntzenii, in istas quaestiones erumpentis: Sed quid imperium ad verbera?  
 illis haec oppositio? Sic, ratione duce, respondeo: Oppositio, sane, li-  
 da, quaeque in ipsos incurrat sensus, haec est: inter verbera paedagogi &  
 entis verba, sed verba iracundiae aliquanto pleniora, quam aequitatis, &  
 te imperium magis ac tyrannidem, quam paternam prae se ferant indul-  
 tiam. Exempla nobis ejus rei ipse suppeditat Arntzenius quae vide supra  
 flosculis.

( VII. )

RES AGE, QUAE PROSUNT: RURSUS VITAE  
MEMENTO,IN QUIBUS ERROR INEST, NEC SPES EST CERTA  
LABORIS.

Πράττε τὰ ὠφελέοντα, πάλιν δὲ γε ταῦτα φυλάσσει,  
Ὅτι ὑπερὶ πλάνη, μέγιστο δὲ κύβος ἀδύλος.

*Look after Things of Profit, and eschew  
Those apt to Errors, whence no Good ensue.*

*Was nützlich ist das thu' / und meide solche Sachen /  
Die voll von Irrthum sind / und falsche Hoffnung machen*

*Bedryf wat nutbaar is : Onthoud u weêr van zaken,  
Die zonder overleg de hoop onzeker maken.*

*Fais ce, qui te procure un légitime Fruit:  
Abandonne le Reste, &c, sur tout, ce qui nuit.*

VARIANS LECTIO. In quæis error inest: Binae Amstelodamenses  
ut, superiore sæculo Janssoniana, & nuperrime Arntzeniana. Quæ  
sterior tamen, & nostræ his verbis causæ ipsa attestatur: *IN*

## FLOSCULI POETICI.

*Turpe est, difficiles habete nugas,  
Et stultus labor est ineptiarum.*

MARTELLA *Eibr. R. Apigr. LXXXVI.*  
quod & Daunius h. l. citat.

*Nonne placet melius, certis confidere rebus?  
Eventus varios res nova semper habet.*

CORNEL. GALIUS, *Elog. II. v. 51.*

*Certum est ad frugem applicare animum: quanquam ibi animo  
Labos grandis capitur. Boni sibi haec expetunt: rem, fidem,  
honorem,*

*Gloriam & gratiam: hoc probis pretium est. —*

PLAUTUS, *Trinum. Act. II. Scen. I. v. 34*

*Est modus in rebus, sunt certi denique fines,  
Quos ultra, citraque nequit consistere rectum.*

HORATIUS, *Libr. I. Sat. I. v. 106.*

*Nisi utile est, quod facimus, stulta est gloria.  
Nihil agere, quod non prosit, fabella admonet.*

PHAEDRUS, *Libr. III. Fab. XVII. v. 12.*

*Quae bona sunt facito: fuge quae mala cumque videntur;  
Maxima quaesitae commoda pacis habes.*

EOBAN. HESSUS, *in Paraphra. Psalmi XXXIV. v. 15.*

*Capesse recta, curva vita, dilige  
Tranquilla pacis oria.*

BUCHANANUS, *ad eundem textum, verbis paucioribus;  
subbreuius ad huc Hebraica veritas: יָשָׁר וְיָשָׁר וְיָשָׁר*

*Quis non esse putet stultum, qui rebus omittis  
Utilibus propriisque, aliena & inania quaerit?*

PALINGENTIUS, *Virgini v. 575.*

*Stulti sunt, qui pro certis incerta sequuntur,  
Et qui, pro dubiis, quae sunt manifesta, relinquunt.*

IDEM, *Geminor. v. 164.*

*Seria ne ludis postponas, commoda damnis.  
Quod superest rerum sic ut egenus, habe.*

SAMBUCUS, *tit. Voluptas acrumnosa. p. 113.*

*Ingenti studio componit aranea telam,  
Et tamen a cunctis spernitur illud opus.*

*Sic magnas magno promissis molimine nugas  
Dum vigilas studiis, vane Sophista, tuis?*

SCHOONHOVIUS, *Emblem. LXIV.*

75 habent Editiones omnes antiquae, quarum deinde, praeter duos MSS. Codd., numero recentiorum Sufficit is nobis. Namque & hic *suavis labor est ineptiarum.*

( VIII. )

QUOD DONARE POTES GRATIS, NE VENDE  
ROGANTI:

NAM RECTE FECISSE BONIS, IN PARTE  
LUCRORUM EST.



Μὴ πῶλει αἰτοῦντι, τὸ δοῦναι προῖκα δύναιο·  
Τοὺς ἀγαθοὺς εὖ δρᾶν μέρος οὐ βραχὺ κέρδεος ἐστὶ.

*Give at once asking what you safely can;  
It's Part of Gains to help an honest Man.*

Was du verehren kanst / das gib / ersuchet / dahin  
Ohn Geld : Dann gutes thun den Guten / ist Gewinn.

Het geen gy schenken kunt, zoek daar geen voordeel in:  
Den goeden goedt doen, is te reek'nen voor gewin.

*Pouvant donner gratis, n'exposez rien en Vente:  
Faire du bien aux Bons, est la plus sûre Rente.*



VARIANS LECTIO. *Quod donare potes, gratis concede roganti.* Haec se probavit lectio novissimis Editoribus, & Parisino illi Abbati, Salmoni & Arntzenio Rectori: De qua jam ante monuerat Scaliger: „ Haec est, inquit, „ vulgata lectio, & quidem inepta, quae imposuit metaphrastae (Graeco scil. „ Planudi.) Pithocana optime: *ne vende roganti*”. Sic ille. Cui, in maiorem rei fidem, quamvis sibi ipse contrarius, sequentia Arntzenius adnectit: „ *Ne „ vende exhibet quoque Coll. Voss. Ver. Reg. ut & Editiones quaedam re- „ centiores*”. Antiquis adscribit alteram, de Codicibus tamen quibusdam ipse

## FLOSCULI POETICI.

Quod bonis bene fit beneficium, gratia ea gravida est bonis.

PLAUTUS, *Capit. Act. II. Scen. II. v. 108.*

Nū negat, & sese vel non poscentibus offert.

CLAUDIANUS, sed ironice, in *Eutropium*  
*Libr. II. v. 365.*

Obvia pauperibus fit tua larga manus.

APHERDIANUS, *Tom. I. Delit. Poët. Belg.*

Munera si gratis dederis, si laetus amicis,  
Tollet divitias has tibi nulla dies.

OWENUS, *Ethicor. & Politicor. I. Epigr. LXXXVII.*

Qui bene divitias inopi donabit amico,  
Hic omni felix tempore dives erit.

Ille Deo similis, qui dat bene munera laetus:  
Qui repetit foenus, foenoris officio est.

Nullum majus erit lucrum, quam pascere egenos:  
Foeno nam grandi centupla dona feres.

IDEM, *ibid. Epigr. LII. LXXXIV. & LXXXV.*

Munera ne numerata, miseris quaecumque dedisti:  
In coelis numerat, munerat illa Deus.

IDEM, *Libr. ad Car. Eborac. Epigr. LXXIII.*

Divitias aliis si quis communicat amplas,  
Non fit pauperior, statque benigna manus.

Disperéant, quorum nummi pro numine habentur,  
Vicinisque negant omine fontis aquas.

SAMBUCUS, *tit. Benignitas. p. 37.*

Dandi saepe modus facit, ut graviora repulsis  
Munera sint nobis ac benefacta tua.

ANON.

*AEnigma.*

Dic mihi quid majus fiat, quo plurima demas?

PONTANUS, *interrogabat (a).*

Quo tibi plus demas, laus tua major erit.

*Respondemus nos.*

(a) Cui responsum tunc erat ab amico:  
Pontano demas carmina, major erit.

: dubius. Alii ejus Codd. cum Scriverio: praestare donandi verbo praerunt. Porro: „Quid donare sit, ait, scio; non autem, quid gratis donare”. num, per quem a Summis donantur Brabeutis, & gratis donantur, tot castris adolescentibus praemia, eum ipsum gratis donare ignorare: Quasi nis jam e Latio proscripserat Pleonasmus. In parte lucrosus est. Licet quinque servatum Codd. toridemque & pluribus non infimae notae Edibus, merito tamen proscribendum est.



( I X. )

QUOD TIBI SUSPECTUM EST, CONFESTIM  
DISCUTE, QUID SIT.

NAMQUE SOLENT, PRIMO QUAE SUNT  
NEGLECTA, NOCERE.



Ἦν τι ὑποπτεύῃς, παραυτίκα τοῦτο ἔταξε  
καὶ γ' εἴωθε τὸ μὴ πρῶτως βατανισθῆν αἰῶσαι.

*Search quickly what it is, that thou suspectest;  
Things oft do Harm, which thou at first neglectest.*

Durchgtünd' es ohngesäumt / was die verdächtig scheint:  
Oft wird / was erst verlacht / zu spät hernach beweint.

Is u een zaak verdagt, verneem strak wat die zy:  
Verzuimt gy 't in 't begin, het brengt u schade by.

Fâchez d'aprofondir, sans délai, tout Soupçon.  
Souvent est un grand Mal, ce qu'on estimoit bon.

FLOSCULI POETICI.

Dum licet, & modici tangunt praeordia motus;

*Si piget, in primo limine siste pedem.*

Opprime, dum nova sunt, subiti mala femina morbi,

Et tuus incipiens ire resistat equus.

Nam mora dat vires: teneras mora percoquit uvas,

Et validas segetes, quae fuit herba, facit.

Quae praebet latas arbor spatiantibus umbras,

Quo posita est primum tempore, virga fuit.

Tunc poterat manibus summa tellure revelli;

Nunc stat in immensum viribus aucta suis.

OVIDIUS, *Remed. Libr. I. v. 79.*

Principiis obsta: sero medicina paratur,

Cum mala per longas convaluere moras.

Sed propra: nec te venturas differ in horas,

Qui non est hodie, cras minus aptus erit.

*Ibid. v. 91.*

Stultorum incurata pudor malus ulcera celat.

HORATIUS, *Libr. I. Epist. XVI. v. 24.*

Helleborum frustra, cum jam cutis aegra tumebit,

Poscentes videas: *venienti occurrite morbo.*

Et quid opus Cratero magnos promittere montes?

Discite, ô miseri, & causas cognoscite rerum.

PERSIUS, *Sat. III. v. 63.*

Quae nocitura putas, cobibe: nam Occasio calva est,

Seroque praevisis saepe fenestra pates.

SAMBUCUS, *tit. Remedia temporaria.*  
*pag. 51.*

In minimis etiam vis est: mora quaelibet ingens,

Ni videas, praeter spem remoratur opus.

IDEM, *tit. Nihil negligendum. p. 203.*

Ubi quid timetur, cautio nunquam nocet.

MURETUS, *in Jul. Caes.*

( X. )

QUUM TE DETINEAT VENERIS DAMNOSA  
VOLUPTAS,

INDULGERE GULAE NOLI, QUAE VENTRIS  
AMICA EST.




Εἰ κάτοχος δελέασσιν ἐνίσχη τῆς Ἀφροδίτης,  
Μαργουσὴν μὴ νικῶ ἑταίρη τῶν ὑπὸ γαστρί.

*Wen unto Venerly thy Thoughts do tend,  
Take heed of Gluttony, thy Belly's Friend.*

Nicht schwelge / wann dich nicht die Venus soll verfehret:  
Der Kehle Lüfterheit pflegt Fleisches-Lust zu nähren.

Indien gy voelt uw hart door Venus lust beheeren,  
Zoo zyt niet gulzig, dat den wellust zou vermeerren.

*Vivement assailli par la Concupiscence,  
Dans la Sobriété cherchez la Continence.*



VARIANS LECTIO. *Ventris damnosa voluptas.* Scriverius, & qui  
quantur: *Veneris damnosa voluntas.* Aut: *damnosa libido.* Singularis  
quaedam exempla habent. Ceterum de vocibus: *Ventris amica* con-

## FLOSCULI POETICI.

*Non haec immodico contraxi damna Lyaeo.*

*Scis, mihi quam solae paene bibantur aquae.*

*Non epulis oneror.*

*Nec vires adimit VENERIS DAMNOSA VOLUPTAS.*

*Non solet in moestos illa venire toros.*

OVIDIUS, *Libr. I. de Ponto, Eleg. XI. v. 29. &c.*

*Sperne voluptates: nocet emta dolore voluptas.*

HORATIUS, *Libr. I. Epist. II. v. 55.*

*Est virtus, placitis abstinuisse bonis.*

OVIDIUS, *Heroid. Epist. XVII. v. 98.*

*Qui studet optatam cursu contingere metam,*

*Multa tulit, fecitque puer: sudavit & alfit:*

*Abstinnit Venere & vino.*

HORATIUS, *Art. Poët. v. 412.*

*Verbum, hercle, hoc verum erit:*

*SINE CERERE ET LIBERO FRIGET VENUS.*

TERENTIUS, *Eunuchi Act. IV. Scen. V. v. 6.*

*Ergo vita animi est, in primis ponere turpi*

*Fraena voluptati & VENTREM VENEREMQUE domare:*

PALINGENIUS, *Capric. v. 684.*

*Nox & AMOR, VINUMQUE nihil moderabile suadent:*

*Illam pudore vacat, LIBER AMORQUE metu.*

OVIDIUS, *Am. Libr. I. Eleg. VI. v. 59.*

*Vinaque cum bibulas sparsere Cupidinis alas:*

*Et VENUS in VINIS, ignis in igne fuit.*

IDEM, *Art. am. Lib. I. v. 233. & 244.*

*Nec Veneris, nec tu vini capiaris amore:*

*Uno namque modo VINA VENUSQUE nocent.*

Ex notis ad h. *Disf. ARNTZENIANIS.*

*Vipera jejunis hominum conspersa salivis*

*Expirat, medicis si sit habenda fides.*

*Sic lasciva caro, si tractes durius illam,*

*Concidet, & Mentis sub juga colla dabit.*

SCHOONHOV. *Embl. LVII.*

Scaligeri, ne dicam futilem, aſt inutilem, merito removit, meaque paſſiter  
ex ſententia, rectiſſime confutavit Arntzenius, quem, ſi lubet, adi.

( XI. )

QUAE TIBI PROPNAS ANIMALIA CUMQUE  
TIMERE;

UNUM PRAECIPIO TIBI PLUS HOMINEM ESSE  
TIMENDUM.



Εἰ φρεσὶ σῆσιν ἀρηρε τὰ θηρία πάντα φοβεῖσθαι  
Τρέσσαι ἐν ἀνθρώπων κέλομαι περιώσια πάντων.

*When thou dost think to fear all Beasts there 's Need,  
I charge thee, that of Man thou take great Heed.*

Was du gefonnen seyst zu scheuen vor ein Thier;  
So siehe sonderlich dich vor dem Menschen für.

Laat u, wat dier het zy, nog zoo verschriklyk wezen :  
Bevat gy 't wel, de mensch alleen is meer te vreezen.

*Des tigres & lions, loups rassemblés : en Somme,  
De tous les Animaux le plus à craindre, est l'Homme.*



VARIANS LECTIO. Mutilum erat, ex omnium consensu doctorum Virorum, hocce Distichon. Quum igitur necessario aut plane expungendum esset, id quod jam voluerant alii, aut aliqua ratione castigatum, saniori restituendum sensui; Vidimus id posterius commode effici posse, ope unius voculae: *Quaecumque*, per Tmesin, quae solemnitas ipsi est, divilae. Ita retinimus, condemnatum jam ad spongiam, a doctissimis Viris, rei quasi difficultate absteritis, quae certe tanti non erat, ut de ejus correctione profusus esset desperandum. Ceterum absurditatem lectionis vulgatae, quae erat:

*Quum tibi proponas animalia cuncta timere*

Jam ante nos Vir praecclarus ostendit, Otto Arntzenius: „ Si cuncta, in-  
„ quiens, ergo etiam animalia meticulosa & fugientia humanum conspectum,  
„ ut

## FLOSCULI POETICI,

Cervus nemorosus excitatus latibulis  
 Ut venatorum fugeret instantem necem;  
 Coeco timore proximam villam petit,  
 Et opportuno se bovili condidit.  
 Heic bos latenti : Quidnam voluisti tibi;  
 Infelix ultro qui ad necem cucurreris,  
 Hominumque tecto spiritum commiseris!

PHAEDRUS, *Libr. II. Fab. VIII. v. 1.*

— Cruor & validis in nos directa lacertis  
 Ostendunt aliquem, tela: FUISSE VIRUM.  
 BRUTA licet soleant ANIMALIA jure TIME RI:  
 OMNIBUS EST ILLIS PLUS METUENDUS HOMO.

AVIENUS, *Fab. XVII. v. 17.*

*Homo semper in os fert aliud, aliud cogitat.*

"Ἀνθρώπος ἄλλο φθέγγεται ἄλλο δ' ἐννοεῖ.

P. SYRUS & SCALIGER.

*Pernicies homini quae maxima? Solus homo alter.*

BIAS Prieneus, ap. AUSON. in VII. *Sapp.*

*Ut jugulent homines, surgunt de nocte latrones:*

*Ut te ipsum serves, non expergisceris? —*

HORATIUS, *Libr. I. Epist. II. v. 32.*

*Quid referam, quot damna homini per saepe venire  
 Culpa hominum soleant? Adeo, ut fera nulla magis sit  
 Formidanda illi, quam semine natus eodem.*

FALINGENIUS, *Virgin. v. 789.*

„ ut lepores, aviculas, a quibus ne quidem puellae & pueri metuunt“. Ea vero jam corrui, ubi legimus: *Quaecumque tibi timere proponas, vel, ut est in quibusdam Codd. praeponas.* Sequentem versum alii ita dederunt:

*Unum hominem tibi praecipio plus esse timendum.*

Male, nam sic Emphasis foret in vocibus: *unum hominem*, quasi de unico sermo esset. Uti fere Graece reddidit Scal. „ Aliter Scriverius: *Unum percipies* „ *h. p. e. r.* Qua auctoritate nescio: (iterum sunt verba nostri hic omnino „ Arntzenii:) hoc scio, ubique Auctorem meum praecipia praescribere, non „ autem, quid rerum usus doceat, monere. — *At, hercule, homini plurima ex „ homine sunt mala. Verissime!*“ Et, si *verissime*; quate tam facile abjiciendum Distichon erat, idem profus dicens?

( XII. )

QUUM TIBI PRAEVALIDAE FUERINT IN  
CORPORE VIRES,

FAC SAPIAS: SIC TU POTERIS VIR FORTIS  
HABERI.




Ἦν σοι ἐνακμάζη σιβαρόν σθένος ἐν μελέεσσιν,  
Τοῦ φρονέειν μελέδαιν' οὕτως ἀνδρείος ἀκούσεις.

*If thou in Strength of Body dost surmount,  
Be wise; thus Men will valiant thee account.*

*Bist du von Leibe stark / so sey auch Flug von Sinnen;  
So wirst du recht ein Mann geheissen werden können.*

*Zyt gy van lichaam sterk' en ongemeen van krachten,  
Zyt wys, zoo zal men u met recht voor dapper achten.*

*D'un tempérament fort si vous sentez l'Effèt;  
Joignez-y la Sageffe, & vous serez parfait.*



VARIANS LECTIO *Fac sapias animo poteris sic fortis haberi. In pau-*  
*cioribus. Al. Fac sapias animo, & poteris vir fortis haberi. Utraque tamen notata*  
*digne.*

## FLOSCULI POETICI.

Quippe *manu fortes* (nec sunt tibi Marte secundi)  
*Consiliis cessere* meis. Tibi *dextera bello*  
*Utilis*, ingenium est, quod *eget moderamine nostro*.  
 Tu *vires sine mente* geris: mihi cura futuri est.  
 Tu pugnare potes: pugnandi tempora mecum  
 Eligit Atrides. Tu tantum *corpore prodes*:  
*Nos animo*. Quantoque, ratem qui temperat, anteit  
 Remigis officium, quanto dux milite major,  
 Tantum ego te supero. Nec non in corpore nostro  
*Pectora sunt potiora manu: Vigor omnis in illis.*

ULYSSES ad Ajacem, apud OVIDIUM, Libr. XIII.  
 Metam. v. 360

Quisnam igitur liber? *Sapiens sibi que imperiosus*:  
 Quem neque pauperies, neque mors, neque vincula terrent,  
 Responfare cupidinibus, contemnere honores  
*Fortis &* in se ipso *totus teres atque rotundus*,  
 Externi ne quid valeat per laeve morari.  
 In quem manca ruit semper fortuna. —

DAVUS ad dominum, HORATIUM, Libr. II,  
 Sat. VII. v. 83.

Si fractus illabatur orbis,  
*Impavidum serient ruinae.*

HORATIUS, Carm. Libr. III. Od. III. v. 7.

Sed te non animis nec solis viribus aequum  
 Credere: Saepe *acri potior prudentia dextra.*

VALER. FLACCUS, Libr. IV. Argon. v. 621.

*Praefulget sapiens aliis, ceu fideribus sol*,  
*Fortunae imperium tutus contemnit*, & omnes  
 Calcat sub pedibus constanti pectore casus:  
 Quin etiam nullo mortis terrore movetur.

PALINGEN. Leonis, v. 890.

*Omnia conando docilis solertia vicit.*

M. MANILIUS, Libr. I. v. 95.

*Plus Ratio, stulto robore, recta valet.*

REUSNERUS.

---

gna, nec plane rejicienda: Melior sed, mea ex sententia, quae loco po-  
 rior.



( XIII. )

AUXILIUM A NOTIS PETITO, SI FORTE  
LABORAS:

NEC QUISQUAM MELIOR MEDICUS, QUAM  
FIDUS AMICUS.




Ἦν κάμνησθα, μέτελθε νοσήλια σοὶ παρ' ἑταίρων·  
οὐ πεισοῖο φίλου τις ἀμείνων ἐστὶν ἰητρός.

*Be Help of thy known Friends in any Grief;  
No Doctor, like a Friend, can give Relief.*

Wenn dir's an etwas fehlt / sprich die Bekanten an:  
Es ist ein treuer Freund der Arzt / so helfen kan.

Klaagtge over iets, gy moet hulp by bekenden vinden.  
Geen beter artseny, dan by getrouwe vrinden.

*Employez votre Ami dans un tems difficile:  
Bien plus qu'un Médecin, l'Ami nous est utile.*



VARIANS LECTIO. A. a. n. p. si forte labores. Aliqui Codd. Ne quisquam m. M. q. f. a. Unus tantum eorum.

## FLOSCULI POETICI.

*Decipitur nemo quidem, mea sententia,  
Qui suis amicis narrat recte res suas.*

PLAUTUS, *Poenuli Aët.* V. Scen. VI. v. 1.

Reddita confusae nuper solatia menti,  
Auxilium nostris spemque tulere malis.  
Utque *Machaoniis* Pacantius artibus heros,  
Lenito medicam vulnere sensit opem:  
Sic ego mente jacens, & acerbo faucibus ictu,  
Admonitu coepi fortior esse tua.  
Et jam deficiens, sic ad tua verba revixi,  
Ut solet infuso vena redire mero.

OVIDIUS, *e Pont. Libr. I. Eleg. IV. v. 3.*

O mihi non dubia cognite, Brute, fide!  
Nam cum praestiteris verum mihi semper amorem,  
Hic tamen adverso tempore crevit amor.  
Quique tuas pariter lacrymas nostrasque videret,  
Passuros poenam crederet esse duos.  
Lenem te miseris genuit natura, nec ulli  
Mitius ingenium, quam tibi, Brute, dedit.

IDEM, *Libr. IV. Eleg. VI. v. 28.*

Firma valent per se, nullumque Machaona quaerunt:

*Ad medicam dubius confugit aeger opem.* —

Viribus infirmi, vestro candore valemus,  
Quem mihi si demas, omnia rapta putem.

IDEM, *Libr. III. Eleg. IV. v. 7. & 13.*

Non est in Medico semper relevetur ut aeger:

Interdum docta plus valet arte malum.

Afferat ipse licet sacras Epidaurius herbas;  
Sanabit nulla vulnere cordis ope.

IDEM, *Libr. I. Eleg. IV. v. 17. & 21.*

Quantae putatis esse vos dementiae,  
Qui capita vestra non dubitatis credere,  
Cui calceandos nemo commisit pedes?

PHAEDRUS, *Libr. I. Fab. XIV. v. 14.*

( XIV. )

QUUM SIS IPSE NOCENS, MORITUR CUM  
VICTIMA PRO TE?

STULTITIA EST, MORTE ALTERIUS SPERARE  
SALUTEM.




Εἰ σὺ ἐν αἰτίᾳ ἔσσι, τί θῦμα θάνοι σεῦ ἔκητι;  
Σκαδὸν ἐν ἀλλοτρίῳ θανάτῳ βίου ἐλπιδ' ἀνάπλεε.

*Why dies the Beast, when thou hast done amiss?  
Safety therein to seek, great Fondness is.*

Was würdest du Opfer-Thier' in deiner Schuld und Noth?  
Wer selbst den Tod verurtheilt, dem hilft kein fremder Tod.

Gy wilt uw welvaart door eens anders doot verwerven,  
O Dwaas! en daarom moet een Offer voor u sterven.

*Quoi? vous, le Criminel, immoler des Victimes?  
Pourquoi sacrifier l'Innocence à vos Crimes?*



VARIANS LECTIO. *Stultitia est, morte alterius sperare salutem.* S

## FLOSCULI POETICI,

Siste modum, Virgo, stabili potiere salute:  
 Fac modo polliciti conscia templa colas.  
*Non bove mactato coelestia numina gaudent;*  
*Sed quae praestanda est, & sine teste, fide.*

OVIDIUS, *Heroid.* Epist. XX. v. 179.

Victima Pontificum secures  
 Cervice tinget: te nihil attinet  
*Tentare multa caede bidentium,*  
*Parvos coronantem marino*  
*Rore deos, fragilique myrto.*  
 Immunis aram si tetigit manus,  
*Non sumtuosa blandior hostia*  
*Mollibit aversos penates,*  
*Farre pio, & saliente mica.*

HORATIUS, *Libr. III. Od. XXIII. v. 12.*

Non quantum dederis; sed quanta mente dedisti,  
 Pentandum est: *Placat victima parva Deum.*

OWENUS, *Ethic. 1. Epigr. VIII.*

Dicite, Pontifices, in sacro quid facit aurum?  
*Quin damus id Superis, de magna quod dare lance*  
 Non possit magni Messalae lippa propago.  
*Compositum jus fasque animo, sanctosque recessus*  
*Mentis & incoctum generoso pectus Honesto?*  
*Haec cedo, ut admoveam templis, & farre litabo.*

PERSIUS, *Sat. II. v. 69 & 71.*

Victimae si Te caperent, dedissem  
 Victimam: Sed Te neque sanguis hirci  
*Fusus, aut sacris holocausta placant*  
*Addita flammis.*

*Poenitens fraudum scelerumque pectus,*  
*Spiritus fracti, mala cor perosum:*  
*Haec DEUM placant: adhibe haec & absque*  
*Thure litabis.*

BUCHANANUS, *ad Psalm. LI. v. 18 & 19.*

laxae & unius tantum Codicis exemplum. Vide Arntzenii recensionem. Al.  
*Sculptura, in morte alterius sp. sal. It. al. in mortem.*

( X V. )

QUUM TIBI VEL SOCIUM, VEL FIDUM QUÆRERE  
AMICUM,

NON TIBI FORTUNA EST HOMINIS, SED VITA  
PETENDA.



Ἴσχε φίλον τινά σοι ζητεῖς, ἢ πιστὸν ἑταῖρον,  
Οὐχὶ τύχην, μᾶλλον δὲ αὐτοῦ βίον ἀνδρὸς ἐρεῦνε.


*When you a Mate, or faithful Friend desire,  
Not after's Wealth, but after's Life enquire.*

Wählst du dir einen Freund zu deinem treuen Rath;  
Sieh / was für Lebens-Art / nicht wie viel Gut / er hat.

Zoekt gy een metgezel voor u tot trouwen vrient,  
Zie naar zyn leven om, niet of 't geluk hem dient.

*Récherchant d'un Ami l'aimable Compagnie,  
Sans égard pour ses biens, examinez sa Vie. \**

\* *Examinez sa Vie.*] Exprimit maxime Graecum Scaligeri textum : ἀνδρὸς ἐρεῦνε. *Inquire in vitam hominis.* Quocum & Teutonice utraque sentit Metaphrasis : Uti fore ex Germanicis defluxere Belgica.



VARIANS LECTIO. Praetermissis, pro more nostro, scribarum  
librariorum mendis, quale est : *vel fidum Amicum quaeris*; hoc notandum  
alios ita distinxisse : *Non tibi fortuna est, hominis s. v. p.* Alios verbum sub-

## FLOSCULI POETICI.

Postera lux oritur multo *gratissima*, namque  
 Plotius & Varius Sinuessae, Virgiliusque  
 Occurrunt: *Animae*, quales neque *candidiores*.  
 Terra tulit, neque quis me sit devinctior alter.  
 O qui complexus, & gaudia quanta fuerunt!  
 NIL EGO CONTULERIM JUCUNDO, SANUS, AMICO.

HORATIUS, *Libr. I. Sat. V. v. 39.*

Dulcis inexpertis cultura potentis amici:  
 Expertus metuit.

IDEM, *Libr. I. Epist. XVIII. v. 86.*

Vive sine invidia, mollesque inglorius annos

Exige: *amicitias* & tibi *junge pares.*

OVIDIUS, *Trist. Libr. III. Eleg. IV. v. 43.*

Cura, quid expediat, prior est, quam quid sit honestum,

Et cum fortuna statque caditque fides.

Nec facile invenies multis in millibus unum,

Virtutem pretium qui putet esse sui.

Ipse decor recti, facti si praemia desint,

Non movet, & gratis poenitet esse probum.

Nil, nisi quod prodest, carum est. En detrahe menti

Spem fructus avidae; nemo petendus erit.

At reditus jam quisque suos amat, & sibi quid sit

Utile, sollicitis computat articulis.

Illud *Amicitiae* quondam venerabile nomen

Prostat, & in quaestu pro meretrice sedet.

IDEM, *d. Pont. Libr. II. Eleg. III. v. 7.*

Aurum, & opes, & rura frequens donabit amicus:

Qui velit ingenio cedere, rarus erit.

MARTIALIS, *Libr. VIII. Epigr. XVII. v. 9.*  
 tu vide totum.

Quem tibi divitiae peperere, est falsus amicus,

Argentum, non te diligit ille, tuum.

OWENUS, *Ethico. I. Epigr. LXXI.*

Firmior aequales inter concordia semper:

Si tibi vis socium jungere, *junge parem.*

AULAEUS.

In magnis non tuta fides praelustria vites,

Vive tibi & paribus jungere te studeas.

Nam miserum est, tali socio te jungere, de quo,

Si noceat, nunquam fit tibi, posse queri.

SCHOONHOVIUS, *Emblem. LVIII.*

tivum, sed hoc loco, si usquam alibi, male omisisse. Scriverium pro petenda  
 substituisse: putanda; ut sensus sit: vita tibi, qualis ea; non quae sit hominis  
 fortuna, tecum reputandum est ac pensandum.

250 DIONYS. CATONIS DISTICH.

( XVI. )

UTERE QUÆSITIS OPIBUS: FUGE NOMEN  
AVARI:

QUID TIBI DIVITIAE, SI SEMPER PAUPER  
ABUNDAS?



Τῶν σαυτοῦ κλεάνων εὖ πάσχειν· μὴδ' ἔσο κίμβιζ·  
Τίς ἀροκοπή πλούτοιο, πεινητεύοντά σε πλουτεῖν;

*Shun Niggard's Name in using thy old Store;  
What good doth Wealth, if wealthy thou be'st poor?*

Fleuch diesen Namen: Karg; laß dich dein Gut ergehen.  
Bist du bey Reichthum arm / was machst du mit den Schätzen?

Gebruik (hoe kan de naam van gierig u behagen?)  
Uw goedt. Wat baat het u, zooge armoë zult verdragen?

*Usez de votre bien; Fuyez le Nom de chiche:  
Plongé dans la Misère, à-quoi sert d'être riche?*



VARIANS LECTIO. *Sed fuge.* Crassissima erat ignorantiae: Quin copula potius, quam ea distinctione opus male sedula. *Quid tibi divitiae profunt, si pauper abundas?* Vulgarum id in Editt tantum non omnibus: Nisi quod Planudes a<sup>l</sup> in translatione sua clare expresserit, & Scaliger etiam suo in Codice, itemque Arntzenius in suorum aliquibus, ut Leid. I. & Turic. Cod. invenerit: *si semper pauper abundas.* Nec improbarem, sed pariter & ipse elige-

## FLOSCULI POETICI.

Nunc in Aristippi furtim praecepta relabor,  
Et mihi res, non me rebus, submittere conor.

HORATIUS, *Libr. I. Epist. I. v. 18.*

Di tibi divitias dederant, artemque fruendi

IDEM, *Epist. IV. v. 7.*

Quo mihi fortunas, si non conceditur uti?  
Parcus, ob heredis curam, nimiumque severus,  
Assidet insano. Potare & spargere flores  
Incipiam, patiarque vel inconsultus haberi.

IDEM, *Epist. V. v. 12.*

Sic, qui pauperiem veritus, potiore metallis  
Libertate caret, dominum vehet improbus, atque  
Serviet aeternum, quia parvo nesciat uti.

IDEM, *Epist. X. v. 39.*

Quid mihi fortunae tantum? Quid regna, sine usu?  
Quid nisi possedi dives avarus opes?

OVIDIUS, *Amor. Libr. III. Eleg. VII. v. 49.*

Quid mihi divitiae, quarum si demseris usum,  
Quamvis largus opum, semper egenus oro?  
Efficior custos rerum magis ipse mearum,  
Conservans aliis, quae perire mihi.  
Sicut in auricomis pendentia plurimus hortis  
Pervigil observat non sua poma draco.

CORNELIUS GALLUS, *Eleg. I. v. 181.*

Sed quo divitias haec per tormenta coactas?

JUVENALIS, *Sat. XIV. v. 135.*

Divitias non dives habet; sed habetur ab illis.  
Non est possessor nummi; sed possidet ipsum  
Nummus,

ALANUS de Insulis, *Planctus naturae*  
*Metro VII. v. 54.*

Non vis, ut modico major pede calceus extet;  
Cur tibi quaeris opum plus, tibi quam sit opus?

OWENUS, *Libr. III. Ad Carol. Eboracens.*  
*Epigr. LV.*

eligerem Janssonio-Arntzenianum illud: Quo tibi divitias, nisi id a Codd. au-  
toritate nondum ratum firmumque satis, animadverterem. Quo enim ex-  
presse in nullo inventum Cod. divitias liquido tantum in uno sed addito:  
Quid tibi. Singulorum igitur ex fragmentis & centonibus haud infcite confuit  
Vir doctiss. Quo tibi divitias? Neque id tamen plus aliudve dicit recepta nobis  
lectione. Isti Juvenalis praecit, huic Cornelius Gallus. Vid. Flosculos.



( XVII. )

SI FAMAM SERVARE CUPIS, DUM VIVIS  
HONESTAM,

FAC FUGIAS, ANIMO QUAE SUNT MALA  
GAUDIA VITAE.



\*Ἦν τῆρεῖν ἐθέλησθα διὰ ζωῆς κλέος ἐσθλόν,  
φεῦγε νόου φηλακαῖσι βίου κακόχαρτα δέλετα.

*If, while thou liv'st, thou would keep a good Name,  
Detest those vicious Pleasures which breed Shame.*

Soll dir ein gutes Lob biß an das Ende bleiben /  
So must du böse Lust des Lebens von dir treiben.

Wilt gy uw' goeden naam behouden al uw leven,  
Zo zy de booze lust ver van u af gedreven.

*Soigneux de conserver la saine Renommée,  
Fuïez les faux plaisirs, où l'Ame est dégradée.*

VARIANS LECTIO. S. f. s. e. dum vivis honestum. In unico Cod.  
expressum, inventum est: Forte, quae id notavit, ex Arntzenii recentior  
posterior manus, imitandum in eo sibi illud proposuit: *dulce videtur  
dulce loquentem* Horatii. Quod reliquum est, nostra hac in posterio

## FLOSCULI POETICI.

Vestibulum ante ipsum, *primisque in faucibus Orci,*  
 Luctus & ultrices posuere cubilia Curae:  
 Pallentesque *habitant* morbi, tristisque Senectus:  
 Et metus, & maleuada Fames, & turpis Egestas;  
 Terribiles visu formae, Letumque, Laborque:  
 Tum consanguineus Leti Sopor, & *mala mentis*  
*Gaudia*, mortiferumque adverso in limine Bellum:  
 Ferreique Eumenidum thalami, & Discordia demens;  
 Vipereum crinem vittis innexa cruentis.

VIRGILIUS, *Aeneid. Libr. VI. v. 173.*

*Utile propositum est, saevas extinguere flammam,*  
*Nec servum vitis peccus habere tuam.*

OVIDIUS, *Remedia Am. Libr. I. v. 531.*

————— Adspice late  
 Florenteis quondam, luxus quas verterit urbes?  
 Quippe *nec ira Deum tantum, nec tela, nec hostes;*  
*Quantum sola nocet, animis illapsa, Voluptas.*  
*Ebrietas tibi fida comes, tibi Luxus, & atris*  
*Circa te semper volitans Infamia pennis.*

SILIUS ITALICUS, *Bell. Pun. Libr. XV. v. 92.*

— — Illecebras omnes fuge corporis, atque  
 Frena Voluptati durissima pone. *Voluptas*  
*Improba perniciem ingentem mortalibus affert.*  
 Nil magis adversum est Virtuti: Tendere sursum  
*Nititur assidue cognata ad sidera Virtus;*  
 Contra inimica polo semper petit ima *Voluptas.*

PALINGENIUS, *Sagittarii v. 788.*

*Ecquid (enim) petulantem avidumque morabitur ultra,*  
*Quin stupret, rapiat, jugulet, perimatque veneno,*  
*Dum jubet ingenitus furor, & Regina Voluptas?*  
 Nam quocumque animi protruserit impetus atrox,  
*Illic votorum finis, supremaque meta est.*

POLINIACUS, *Anti-Lucret. Lib. I. pag. 8.*

~~~~~  
 Distichi observata distinctione, idem omnino expromimus, quod sanctus ait
 Imperatoris nostri Legatus: *ὡς παροίκους καὶ παρεπίδημους ἀπέχεσθαι*
τῶν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν, αἵτινες τραπέζονται κατὰ τῆς ψυχῆς. I. Petr.
 II. 11.

(XVIII.)

QUUM SAPIAS ANIMO, NOLI RIDERE
SENECTAM;

NAM QUICUMQUE SENET, SENSUS PUERILIS
IN ILLO EST.




Ἀρτίφρων τελέθων μὴ δὴ χλεύαζε τὸ γῆρας·
Νηπιαχῶς φρονέει γὰρ, ὅτις μετρον ἴκετο γήρως.

*Mock not old Folks, if thou hast any Brain;
For he that's old, grows childish once again.*

*Laß Alte / bist du weiß und Flug / unausgelacht:
Weil Alter uns verzehrt und wieder kindisch macht.*

*Beschimp geen ouden, zoo gy wysheit blyft beminnen;
Wie oud geworden is, wort kinderlyk van zinnen.*

*Bel-esprit indiscret, qui raillez la vieilleffe,
Songez que vous montrez bien plus de petiteffe.*



VARIANS LECTIO. *Quum sapiens vivas, noli &c.* Merito rejectum a doctiss. Arntzenio.

Quum sapiens annosam } *noli ridere senectam.* Conjecturae erant doctorum
&: } *Virorum.*
Quum sapias mimo

Noli irridere senectam. Cui vulgatae fere lectioni Scriverius etiam & novissimus ille Parisinus, subscripsere.

Non quicumque senex, Scriverius audacissime & verba mutavit, & sensum.

Nam quicumque senex. Paris. nov. Iterum in eo, quod mireris, praeter primam

FLOSCULI POETICI.

Profecto *deliramus* interdum *senes*.

PLAUTUS, *Epid. Act. III. Scen. III. v. 11.*

Infere Daphni pyros: carpent *tua* poma nepotes.
 Omnia fert *aetas*, *animum quoque*. Saepe ego longos
 Cantando puerum memini me condere soles;
 Nunc *oblita* mihi *sot carmina*: Vox quoque Moerin
 Jam fugit ipsa: lupi Moerin videre priores.

VIRGILIUS, *Ecloga IX. v. 50.*

Ipsi me *pueri*, atque ipsae sine lite puellae
 Turpe putant dominum jam vocitare suum.
Irrident gressus, *irrident* denique *vultum*.
Et tremulum, quondam quod timuere, *caput*.
Quumque nihil videam, tamen *hoc spectare licebit*,
 Ut *gravior* misero *poena sit ista* mihi.

CORNEL. GALLUS, *Eleg. I. v. 283.*

Est cani capitis fructus reverenter amari:
Contemptuque putat tristius esse nihil.

SAMBUCUS.

NE RISERIS SENECTAM:
 SENECTA ET IPSA MORBUS.
 Puer senescet olim:
Iterum, *senex*, *puer* fis.
 Huc tendit omnis aetas:
 Haec nostra meta vitae est:
 Hic circulus laborum.

C. G. KÖRNIG.

Cuncta ruunt, casuque simul *labuntur eodem*:
Stultitia juvenum, *debilitate senum*.

ANONYM.

nam vocem, iidem ambo consentiant; sed in diversa abeunt ordinis ratione
 vocum binarum insequentium: nostrum servat Editor Gallus; inversum;
puerilis sensus, cum Scriverio, Opitius, Janssoniana, aliaeq Editt. Porro Codd-
 habent quidam: *Nam quocunque sene puerili sensus in illo est*. Alii: *Nam quo-*
cunque sene s. p. i i e Quarum postremarum priore aliquis ex lectione, non
 sine ingenio, imo luxuriante potius nimioque ingenio, istud subtilissime
 effluxerat:

Nam quicunque senex puerilis, sensus in illo est (scil. injuriae.)

(XIX.)

DISCE ALIQUID: NAM, QUUM SUBITO FORTUNA
RECESSIT;

ARS REMANET, VITAMQUE HOMINIS
NON DESERIT UMQUAM.



Τεχνιδίον τι μάθοις· Τῆς εὐτυχίης γ' ἀπιούσης,
Ἄνδρὶ μένει, καὶ ζῶντα τὸ τεχνίον οὐκ ἀπολείπει.

[— Μοῦσαι γὰρ ὅσους ἴδον ὄμματι παῖδας
Ἄχρι βίου πολιοὺς οὐκ ἀπέθεντο φίλους.

CALLIMACH.]

*Get Learning; whereas Means suddenly quail,
Art tarries, and a Man will never fail.*

lern' etwas : Wann das Glück uns plötzlich hat begeben;
So läßt uns doch die Kunst nicht eher / als das Leben.

Leer iets: want als Fortuin u schielyk heeft begeben,
Zo blyft de Kunst, en zy verlaat noit 's menschen leven.

*Cultivez votre Esprit, acquerez la Science:
Par-là de la Fortune on brave l'Inconstance.*

VARIANS LECTIO. D. a. N. q. f. *Fortuna recedit.* In quamplurimis
invenias editis, quod & Cl. Arnzen. suo sc in Leidensi III. legisse testatur.
Nos

(XX.)

PERSPICITO TECUM TACITUS, QUID QUISQUE
LOQUATUR:

SERMO HOMINUM MORES ET CELAT, ET
INDICAT IDEM.




Ἄτλα λέγει τοι ἕκαστος ἀκὴν βασιάνιζε σιωπῇ·
Ἦθεα γὰρ μερόπων κεύθει λόγος, ἢ δὲ ἀπογυμνοῖ.

Observe with Silence what each Man doth say;
Speech doth Mens Manners hide, and them betray.

Was der und jener sagt / schau' im Verborg'n an:
Durch Sprechen wird das Herz bedeckt und kund gethan.

Doorzie stilzwygend by u zelf eens yders reden:
De spraak verbergt wel, maar ontdekt ook wel de zeden.

Sondez tacitement chacun, dans son Langage:
L'on discerne aux Discours le Fou d'avec le Sage.



VARIANS LECTIO. *Prospicito tecum tacitus, q. q. l.* Editt. Florentina
& Paris. novissima.

Al. *Prospicito cuncta tacitus, quid q. l.* } Utraque mendosa.
Al. *Prospicito cuncta tacitus, quid q. l.* }

Melior haec: *Prospicito cuncta tacitus, quae quisque loquatur.* Ingeniosior quam
verior: *Perspicite cunctando tacitus quid q. l.* Scriverii. Ration, quae habet: *tacite.*
Jam quod ad alterum Distichi versum adinet:

FLOSCULI POETICI.

Neque enim, quum lectulus, aut me
 Porticus exceperit, desum mihi: Rectius hoc est:
 Hoc faciens, *vivam melius*: Sic dulcis amicis
 Occurram. Hoc quidam non belle: Numquid ego illi
 Imprudens olim faciam (*dicam*) simile? Haec ego mecum
 Compressis agito labris. Ubi quid datur otii,
 Illudo chartis.

HORATIUS. *Libr. I. Sat. IV. v. 133.*

Sermo nota ingenii est: Quae quis sua concipit intra
 Pectora, saepe aliis, *indice voce*, refert.

Sermo notat mores &, quae quis dicere suevit,
 Est in confesso, quod facit ista lubens.

AULAEVS & APHERDIANVS.

Index est animi SERMO MORUMQUE fidelis
 Haud dubie testis: Quoniam quisque illa libenter
 Et crebro loquitur, quibus oblectatur: Arator
 De bobus, rastris, de vomere: Navita narrat
 De velis, remis, de restibus atque carinis:
 Miles equos memorat, gladios, hastilia, pugnas:
 Sic obsceni homines plerumque obscena loquuntur.

PALINGENIUS, *Ariet. v. 194.*
Imitatum illud notissimum:

Navita de ventis, de tauris narrat Arator:
 Enumerat miles vulnere, pastor oves.

DISTICH. quod in proverbium abiit.

Quisque, ut habet mores, ita iudicat, atque ita fatur.

IDEM, *Palingen. Leon. v. 77.*

INDICIUM SUA CUIQUE LINGUA EST.

M. ANT. MURETVS.

Sermo etenim mores & celat & indicat idem. Ita legerunt, ut ipsorum arguunt versiones, & Planudes & Scaliger, quamvis & iidem, tamquam in ipso textu subintellectum, supplevere: *hominum, μεροπων*. Eodem modo ediderunt etiam Martinus Opitius in Germania, in Belgio Joannes Janssonius, aliique. Nobiscum faciunt ipse Arntzenius in utroque, omnesque fere illius Codd. in postremo versu, nec non Scriverius & recentior Parisinus Editor ac Interpres, a vetustioribus, in eo, suis discedens popularibus. Unus tantum Cod. exhibuit: *celat ac iudicat idem*, minus sano, certe, cum iudicio.

(XXI.)

EXERCE STUDIUM, QUAMVIS PERCEPERIS
ARTEM:

UT CURA INGENIUM, SIC ET MANUS ADJUVAT
USUM.




Ἄσκει τὴν μελέτην, εἰ καὶ τέχνην ἐδίδαχθης·
Ἡ μελέτη τὸν νοῦν, χεῖρ τὴν ἀσκησιν ἐδίζει.

*Practise thine Art, though thou it understand;
As Care by wit, so Use is helpt by th' Hand.*

*Nimm dessen Übung für / was dir vorhin bekandt:
Viel dencken schärft den Sinn; Kunst wächst durch stete Hand.*

*Pas op, al vat gy reeds de kunst in uw verstandt:
't Vernuft vint hulp aan 't vlyt, 't gebruik ook aan de Hand.*

*Qu'en l'Art le mieux appris, qu'en toute Discipline,
L'Exercice fréquent vous donne la Routine.*



VARIANS LECTIO. *Ut cura ingenium, sic & manus adjuvat ipsum.*
κακῶ πόντος καὶ ὄσον, sive infelix correctio pravae alterius lectionis:
adjuvat vitium, in Codd. quibusdam, quos vide sis recensentem Cl. Arntze-
nium. Nec magis probatur Editionis lectio Florentinae, Hellenismum quen-
dam

FLOSCULI POETICI.

Dum vires annique finunt tolerate labores:
 Jam veniet tacito curva senecta pede.
 Aut mare navigiis, aut vomere findite terram,
 Aut fera belligeras addite in arma manus,
 Aut operam *Aoniis* viresque afferte puellis.
 Hoc quoque militia est: hoc quoque fecit opes.
 Adde, quod est illis operum prudentia major:
 SOLUS ET ARTIFICES QUI FACIT, USUS ADEST.

OVIDIUS, *Libr. II. Artis*, v. 659. cum sqq. in meliorem sensum inflexis.

Adde, quod *ingenium longa rubigine laesum*
Torpet, & est multo, quam fuit ante, minus.
 Fertilis, assiduo si non renovetur aratro,
 Nil, nisi cum spinis gramen, habebit ager.
 Tempore qui longo steterit, male curret & inter
 Carceribus missos ultimus ibit equos.
 Vertitur in teneram cariam rimisque debiscit,
 Si qua diu solitis cymba vacavit aquis.

IDEM, *Trist. Libr. V. Eleg. XII. v. 11.*

Cuncta frequens usus superat praecepta magistri:
 Ars imbellis, ubi crebrior usus abest.

LAUTERBACHIUS.

Doctrina sed vim promovet insitam;
 Rectique cultus pectora roborant.

HORATIUS, *Libr. IV. Od. IV. v. 33.*

Quid prodest homini thesaurus, conditus antro?
 Excolitur crebris usibus ingenium.

DAN. MEISNERUS, *Sciographiae Cosmicae P. V. Emblem. I.*

Qui sapit, EXERCET STUDIUM, PERCEPERIT ARTEM
 QUAMLIBET, INGENIUM CURA LABORQUE JUVAT.

REUSNERUS.

dam redolens:

Sic cura ingenium, sicut manus adjuvat usum.

Ὡς μελέτη τὸν νοῦν, ὡς χεὶρ ἀσκησι εἰζῆσι.

Ut est in posteriore Scaligeri versione.

(XXII.)

MULTUM VENTURINE CURES TEMPORA
FATI:

NON METUIT MORTEM, QUI SCIT
CONTEMNERE VITAM.



Μὴ πότμος μερίμνα ἐπερχομένοιο τελευτήν·
Οὐ τρομέει τὴν μοῖραν ὁ τὴν ζωὴν ἀθερίζων.


*Do not much dread the Time of future Death ;
He fears it not, that knows to scorn his Breath.*

*Nicht Sorge was sich mag in später Zeit begeben :
Der scheuet nicht den Tod / der wenig hält vom Leben.*

*Zorg niet te veel, wanneer u d'adem zal begeben :
Hy vreeft niet voor den doodt, die niet veel geeft om
't leven.*

*D'un Avenir fatal évitez les Soucis.
Ne craignez point la Mort, en aiant du Mépris.*

*De sçavoir l'Avenir n'aiez aucune Envie :
L'on ne craint point la Mort, par mépris de la Vie.*



VARIANS LECTIO. *Multum ne cures venturi tempora fati.* Daenius, multique Editores alii, quos inter & veterior Parisiensis. Sed: *Ne multum cures venturi tempora fati.* Scriverius & nostri aevi ille Parisinus Paraphraſtes atque Editor. *Venturi ne cures multum t. f.* Duo Arntzenianorum Codd. sed in-

FLOSCULI POETICI.

*Felices errore suo, quos ille timorum
 Maximus, haud urget leti metus. Inde ruendi
 In ferrum * mens prona viris, animaeque capaces
 Mortis: & ignavum, rediturae parcere vitae.*
 * Scil. hostium.

LUCANUS, *Pharf. Libr. I. v. 459.*

*Quod nequeas vitare fugis? Mors omnibus instat;
 Nec formidanda est, nec fugienda tibi.*

OWENUS, *Ethicor. I. Epigr. LXXXII.*

*Vita voluptatis brevis est, vitaeque voluptas;
 Qui pariter parvi pendit utramque, sapit.*

IDEM, *Libr. III. Epigr. CXLVII.*

*Mortuus ut vivas, vivus moriari oportet:
 Advesce ergo prius, quam moriari, mori.*

EJUSDEM *Libr. Epigr. XLIX.*

*Qui bene praeteritos, sine labe peregerit annos,
 Non horret mortis vulnera dira pati.*

IDEM, *Ethic. I. Epigr. XXXI.*

*Pejusque leto flagitium timet:
 Non ille pro charis amicis,
 Aut patria timidus perire.*

HORATIUS, *Libr. IV. Od. IX. v. 50.*

*Vitam quae faciunt beatiorem,
 Jucundissime Martialis, haec sunt:
 Res non parva labore, sed relicta;
 Non ingratus ager, focus perennis,
 Lis numquam; toga rara; mens quieta;
 Vires ingenuae; salubre corpus;
 Prudens simplicitas; pares amici;
 Convictus facilis; sine arte mensa;
 Nox non ebria, sed soluta curis;
 Non tristis torus, & tamen pudicus;
 Somnus, qui faciat breves tenebras.
 Quod sis, esse velis, nihilque malis;
 Summum nec metuas diem, nec optes.*

M. VALER. MARTIALIS *ad JULIUM
 MARTIALEM, Libr. X. Epigr. XLVII.
 Edit. Schrevelii.*

inscite. Al. *Multum nec cures v r. f.* Et in sequenti versu: *Non timet is mor-*
tem q. f. c. v. Uterque Paris. cum plur. al. Edd. Al. *Non mortem metuit.* Quare
 non etiam: *Mortem non metuit: Ut sint omnibus modis veluti a Medea quadam
 dissecti membra Poëtae?*

(XXIII.)

DISCE, SED A DOCTIS; INDOCTOS IPSE
DOCETO:

PROPAGANDA ETENIM EST RERUM DOCTRINA
BONARUM,



Μάνθαν' ἀπ' ἐμπείρων, σὺ δ' ἀπείρους ἐσθλὰ διδάξαν'
Ἐσθλῶν γὰρ διδαχὴν εἰς πολλοὺς δεῖ διαδοῦναι.

*Learn thou of learned Men, th' Unlearn'd of thee;
For thus must knowledge propagated be.*


Den lehre / der nichts kan; Gelehrte laß dich lehren:
So muß sich Wissenschaft des Guten stets vermehren.

Leer van geleerden: Gy moet de ongeleerden leeren.
Dus zal de wetenschap der dingen zich vermeeren.

*Enseignez l'Ignorant, en aprenant du Sage:
C'est ainsi que s'accroît des beaux Arts le Lignage.*

Ou:

C'est ainsi que les Arts s'accroissent par l'usage.



VARIANS LECTIO. Propaganda etenim rerum doctrina bonarum. Ita
versum omnes fere dederunt, cum antiquiores, tum recentiores Editt. vix
duabus exceptis. Namque &, si altera Parisiensis habuit, recentior tamen
est

FLOSCULI POETICI.

Vos exemplaria Graeca
Nocturna versate manu, versate diurna.

HORATIUS, *Art. poet. v. 268.*

Difce bonas artes moneo, Romana Juventus.

OVIDIUS, *Art. Libr. I. v. 461.*

Interea Musis, animus dum mollior, insta:
Et, quae mox imitere, legas: nec desinat umquam
Tecum Graeca loqui, tecum Romana vetustas.
Antiquos evolve duces. Adfuesce futurae
Militiae. Latium retro te confer in aevum.

CLAUDIUS, *ad Honorium III. Cos. v. 396.*

Interea puer hic, quem fingimus, ut sapiens sit,
Graecis incumbat libris pariterque Latinis.

PALINGENIUS, *Capric. v. 100.*

Dum potes, ingenio florens concedit & aetas,
Excole, quod cunctis commoda longa ferat.
Pellantur nugae viles & inutile rerum
Sit procul hinc studium: gloria vana subest.
In tenui labor est, quibus otia prava supersunt:
Seque putant vitam praeter habere nihil.
Tempora sic fugiunt, minimis ut vita gerendis
Deficiat: frutor, dum finit ergo, bonis.

SAMBUCUS, *Epigr. tit. Studium. p. 340.*

Qui valet ingenio, discendique ardet amore,
Ille suo vere tempore doctus erit.
Qui docet obtusum & segnem, sine fruge laborat,
In pertusa ut qui dolia fundit aquam.

SHELLENBERGIUS.

Quae nosti, impertire libens, facilisque roganti
Esto: Quae nescis, discere non pudeat.

OWENUS, *Ethic. II. Epigr. XXX.*

Vitae exempla docent atque experientia mores:
Quod nemo addidicit, nemo docere potest.

LAUTERBACHIUS.

~~et illud iterum omisit. Restituit vero ex optimis quibusque suorum Codd.~~
Otto Arnzenius, cui & nos in eo facile obsequimur. Posset tamen & duorum
adhuc aliorum atque commode loco inseri alterutro: at praevalet auctoritas.

(XXIV.)

HOC BIBE, QUO POSSIS, SI TU VIS, VIVERE
SANUS;

MORBI CAUSSA MALI MINIMA EST QUANDOQUE
VOLUPTAS.



Πίνε τὸ μέτρον σοῦ , εἴ σοι φίλον ἔσθ' ὑγιαίνειν·
'Ἡ γὰρ ἀγαν σπατάλη λυγρῆς νόσου αἴτιον ἐστίν.

*If thou thy Health regard, drink in good Measur ;
Many an ill Disease proceeds from Pleasure.*

Trink' also viel du solt / wann du gesund wilt seyn :
Durch lust der Schwelgetey schleicht manche Krankheit ein.

Drink niet meer dan gy kunt, zoo gy gezont wilt zyn.
(De wellust, is zy groot, brengt ziekte voort en pyn.)
Ook kleine wellust baart wel somtyds groote pyn.

*Ne buvez jamais plus, qu'exige la Santé.
Un grand Mal naît souvent d'un peu de volupté.*



LECTIONIS Diversitatem pro chartae angustia hic fecit animam, vid.
in

FLOSCULI POETICI.

Habet omnis hoc Voluptas:
 Stimulis agit fruentes,
 Apiumque par volantum,
 Ubi grata mella fudit;
 Fugit, & nimis tenaci
 Ferit ic̄ta corda morsu.

BOETHIUS, *Consolat. Philosoph.*
 Libr. III. Metr. VII.

Immodicis brevis est aetas & rara senectus.

MARTIALIS, *Lib. VI. Epigr. XXIX. v. 7.*

Immodicus laedit, ceu dira cicuta, *Lyaeus*;
 Non facit ad longam crapula multa diem.

ANDRELINUS, *Poeta Regineus,*
 ut vocatur *Erasmo.*

Ebrietas est vitanda, ingluviesque ciborum:
 Quippe caput stomachumque gravant, fumisque cerebrum
 Involvunt; stupor hinc sequitur, somnusque diurnus.
 Parcus edat, parcusque bibat vir doctus & aequus.

PALINGONIUS, *Capric. v. 113.*

Ingens si Bromii per guttura defluat amnis:
 Quid mirum, si mens, vita, salusque fugit?

WEIGELIUS, *Ethic. natur.*

Vina fovent animos, faciuntque furoribus aptos:
 Ni sumseris caute ac bene,
 Plus nocuisse vides.

SAMBUCUS, *Embl. tit. mediocria profunt p. 226.*

Una Salus fanis, nullam potare salutem:
 Non est in pota vera salute Salus.

OWENUS, *Libr. II. Epigr. XLII. v. 5.*
 Vide totum s. tit. *Infana Sanitas.*

Heu miser! ebibatam toties Regumque Ducumque
 Post sanitatem, sanitatem perdidit!

BIBULUS *quidam.*

in *Histor. huj. Dist. Critica enarratam, insimul & rationem ample redditam nostrae hujus,*

(XXV.)

LAUDARIS QUODCUMQUE PALAM,
QUODCUMQUE PROBARIS,

HOC, VIDE, NE RURSUS, LEVITATIS
CRIMINE, DAMNES.




Ὅτι περ αἰνήσαις κατενώπιον, ἢ δοκιμάσαις,
Μὴ τῷ δὲ εὐχέρησι νόου πάλι μῶμον ἀνέψης.

*What thou hast prais'd in Publick, and approv'd,
Do not condemn again, through Ligbtnefs mov'd.*

Das / was du schon einmal bekrönt mit hohem Preise /
Das solt du nicht hernach vernichten leichter weise.

Het geen gy opentlyk geprezen hebt voor dezen,
Laat dat niet al te licht van u verworpen wezen.

*Craignez d'être accusé d'aller du blanc au noir,
Adorant le matin, brisant l'idole au soir.*



VARIANS LECTO. Sua quaecunque jam statim iterum, non larga, sed prodiga manu, dispensare atque obtrudere fatigerunt suis e Codicibus Commentatorum aliqui. Tum vero & dicendum foret: Haec vide ne &c. de quo tamen, qui recensuere, tacent. Sed melius singuli numero reliqui: Hoc ipsum, quidquid id sit, vel semel abs te palamque laudatum Al. ut- sumque; sed, qua metri harmonia, nescio. Iter. al. distique probatis, quare non:

FLOSCULI POETICI.

Nec piget, aut umquam stulte elegisse videbor:

Permanet in voto mens mea firma suo.

OVIDIUS, *Heroid. Epist. XVI. v. 169.*

Dicere si verum volumus, pars maxima vivit
Ebria vesanis affectibus. Inveniuntur
Heu pauci, qui non titubent, qui lumine sano
Adspiciant, quid agant, ac se ratione gubernent.

PALINGENIUS, *Virginis v. 755.*

Nam quaecumque semel recte sunt facta, sine ullo
Errore, haud ullo mutari tempore debent.

IDEM, *Scorpii v. 665.*

Sic non dissideo mecum, aut contraria dico.

IDEM, *eiusdem v. 849.*

Imberbis Juvenis tandem, custode remoto,
Gaudet equis, canibusque, & aprici gramine campi:
Cereus, in vitium flecti, monitoribus asper,
Utilium tardus provisor, prodigus aeris,
Sublimis, CUPIDUSQUE, ET AMATA RELINQUERE PERNIX

HORATIUS, *Art. poet. v. 161.*

— — — *Levior cortice, & improbo*
Iracundior Adria.

IDEM, *Libr. II. Od. IX. v. 22.*

— — — *Et mutatur in boras.*

IDEM, *Art. P. v. 160.*

Dedecet, abjecisse statim, quae ceperis, arma:

Tu, quamcumque tenes, in statione mane.

non: *niſiſque*, vel: *nutiſque*, ut quorum utrumvis tantum aequae fuisset ſuperfluum? Magnum praeterea Erasmus male habuit *vide*, ultima pariter ſyllaba correpta, pro quo ſuppoſititium *fuge* magis artiſſet. Sed nodus, quod ajunt, in ſcirpo. Id quod ingenti exemplorum congerie probatum Daurmius dedit. Solum ſuperest ergo: *ne ruruſum*, ut Codicum unus, plureſque inter, Janſſoniana dedere atque Opitiana, Editiones. Nil miravit Scriverius,

(XXVI.)

TRANQUILLIS IN REBUS, IIS ADVERSA
TIMETO;

REBUS IN ADVERSIS, MELIUS SPERARE
MEMENTO.




Εὐτυχείων τὸ τύχης ἐς ἐναντίον ἀσαθὲς ἀθροί·
Δυστυχείων δὲ πάλιν περὶ σοῦ σχεῖν ἐλπίδ' ἀμείνω.

*When Things go well, Adversity beware ;
Again, when Things go ill, do not despair.*

Gedenk' / in guter Zeit / das Glücke kan sich wenden :
Und hoff auch in der Noth / der Unfall wird sich enden.

Gedenk in voorspoedt, het geluk zou kunnen wenden.
Hoop weër in tegenspoedt op 't end van uwe elenden.

*La Fortune vous rit : craignez ses Contretems.
Vous souffrez : espérez de meilleurs Changemens.*



VARIANS LECTIO. Mutationis & hujus rationem reddimus in Histot.
Distichi Critica. In: *Rebus secundi versus*, pro quo alii: *Rursus*, plures
nobis

FLOSCULI POETICI.

*Sperat infestis, metuit secundis
 Alteram sortem bene praeparatum
 Pectus. Informes hyemes reducit Jupiter, idem
 Summovet Non, si male nunc, & olim
 Sic eris.*

*Rebus angusti animofus atque
 Fortis appare: Sapienter idem
 Contrahes vento nimium secundo
 Turgida vela.*

HORATIUS, *Libr. II. Od. X. v. 13. & 21.*

Ut redeat miseris, abeat fortuna Superbis.

IDEM, *Art. P. v. 201.*

*Nemo confidat nimium secundis:
 Nemo desperet meliora lapsis.*

SENECA, *Thyest. v. 613.*

*Si Fortuna juvat; caveto tolli:
 Si Fortuna tonat; caveto mergi.*

PERIANDER ap. AUSON. *in VII. Sapp.*

*Omnes, quum secundae res sunt maxime, tum maxime
 Meditari secum oportet, quo pacto adversam aeternam ferant.*

TERENTIUS, *Phormion. Act. II. Scen. 1. v. 11.*

*Omnia despera prudenter: & omnia spera
 Fortiter: ut caveas omnia, nil metuas
 Prudentis cavisse viri est mala, ferreque fortis:
 Ut mala non metuat iste, nec ille ferat.*

OWENUS, *Lib. II. Epigr. LXV. & Libr. III. CLXIV.*

*Alternant humana, vicesque a tempore sumunt:
 Haerent perpetuo moerorque & gaudia nexu.*

POLINIACUS *Cardinalis, Anti-Lucret. Libr. II. v. 10.*

*Sicut lux tenebras, mox tenebrae fugant
 Lucem, continuo jugiter ordine;
 Succedunt pariter sic bona tristibus,
 Alternasque agitant vices.*

*Seu te Fors igitur respicit obsequens,
 Seu vultus alio flectit amabiles;
 Adversis animo deficias, cave,
 Et laetis adhibe modum.*

DOMINIC. BAUDIUS, *Libr. II. Od. VII. v. 41.*

Fortuna vitrea est, cum splendet, frangitur. P. SYRUS.

*Plura ad priorem tantum Distichi versum pertinentia vid. pone Libr. I.
 Dist. XVIII.*

nobis adstipulantur, tum Codd. tum Editr, Scriverius quoque & ex parte
 Atntzenius.

(XXVII.)

DISCERE NE CESSÉS: CURA SAPIENTIA
CRESCIT:

RARA DATUR LONGO PRUDENTIA TEMPORIS
USU.




Μάθητε μὴ λήγων· μελέτη σοφίην μάλ' ὀφέλλει·
Μακρῆ γὰρ πείρῃ σπανίως χρόνος ἄνδρα σοφίζει.

*Cease not to learn; by Care doth Wisdom grow:
Few Men by long Experience come to know.*

Fleiß mehret den Verstand: Sey einfig fort zu fahren.
Die Zeit gebietet Wiß / und Weißheit komt von Jahren.

Tracht vlytig op den weg der Wysheit voort te varen.
Zeltzame wysheit komt door lang gebruik van Jaren.

*Etudiez toujours: La longue expérience,
Ne nous donne, à grands frais, que bien peu de Prudence.*



VARIANS LECTIO. *Discere ne cessa: C. S. c.* Vulgatae Editt. *Discere
ne cesset.* Codicum unus aliquis. Reliqui & melioris notae Editt. quas inter
utia-

FLOSCULI POETICI.

Est quodam prodire tenus, si non datur ultra.
 Fervet avaritia, miseroque cupidine pectus?
Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem
 Possis, & magnam morbi deponere partem.
 Laudis amore tumes? Sunt certa piacula, *quae te*
Ter pure lecto poterunt recreare libello.
 Invidus, iracundus, iners, vinosus, amator:
Nemo adeo ferus est, ut non mitescere possit,
Si modo culturae patientem commodet aurem.

HORATIUS, *Libr. I. Ep. I. v. 32.*

Fingit equum tenera docilem cervice magister
 Ire viam, quam monstrat eques. Venaticus, ex quo
 Tempore cervinam pellem latravit in aula,
 Militat in sylvis catulus. Nunc *adbibe puro*
Pectore verba, puer; nunc te melioribus offer.
Quo semel est imbuta recens, servabit odorem Testa diu.

IDEM, *Ejusd. Libri Ep. II. v. 64.*

Navem agere *ignarus* navis timet: Abrotonum aegro
 Non audet, nisi qui didicit, dare: quod medicorum est,
 Promittunt medici: tractant fabrilia fabri.

IDEM, *Libr. II. Epist. I. v. 114.*

Per varios usus artem experientia fecit,
 Exemplo monstrante viam, *speculataque longe.*

MANILIUS, *Astronom. Libr. I. v. 61. &c. Conf. & 79. 83.*

Ingenium quamvis habile & natura negarit;
Corrigitur damnum triste labore tamen.

SAMBUCUS, *Epigr. tit. Studia. p. m. 345.*

Fit melior, fit limpidior fons saepius haustus,
 Purgatus dulces ejaculatur aquas.

AEra nitent usu: Splendescunt cote metalla;
 Ceu splendet crebra vomer *adactus humo*. *

Sic labor ingenium, mentem sic excolit usus:
 Sic mores studio convenienter eunt.

REUSNERUS.

* *Parodia Ovidiani*: Splendet ab adrita vomer aduncus humo.

utraque, cum vetustior, tum recentior Parisiensis, & ipse Scriverius, receptum tuentur textum. Nec differt in hoc Arntzeniana.

374 DIONYS. CATONIS DISTICH.

(XXVIII.)

PARCE LAUDATO: NAM, QUEM TU SAEPE
PROBARIS,

UNA DIES, QUALIS FUERIT, MONSTRABIT,
AMICUS.



Αἶνει φειδομένως· Ὅν πολλάκι γὰρ δοκιμάσῃς,
Ἐν ποτε σοὶ, ποῖός τις ἔην φίλος, ἡμᾶρ ἐλέγξει.

*Praise sparingly ; for whom thou dost commend,
One Day will show how much he is thy Friend.*

lob niemand allzusehr : Ein Tag kommt / der ergiebt /
Was für ein Freund der sey / den du zuvor geliebt.

Prys spaarsaam : Want een dag zal ons bewyzen geven,
Wat man die vrient is, dien gy dikwils hebt verheven.

*Ne louez' jamais trop : peut-être un seul instant,
Démasquera l'Ami, que vous élévez tant.*



VARIANS LECTIO. *Una dies, qualis fuerit, ostendet, amicus.* Arntzeniana & Janssoniana, utraque Amstelodamensis, Edit. Al. *Ostendit.* Audi ipsum Doctiss. Arntzenium, cujus quam maxime interest, ut tam vehementer adamata ipsi, brevis in quacumque caesura, locum ubique obtineat : „ *Ostendit.* Coll. Voss. Leid. pr. sec. & Cod. Turic. (Nota : de *ostendet* alium silentium!) „ Pro eo, sic pergit Vir doctus, *monstrabit* reperi in Leid. „ tert. Vet. Reg. & Membr. Voss. nec aliter Edit. Ant. omnes, interque „ has Boill. Erasmi. Gtyph. Cord. Cruc. & Scriver. (Adde jam recentiore „ quoque Parisinam.) Sed hoc ita jndocti mutarunt, ut evitarent caesuram. — „ Haec.

FLOSCULI POETICI.

*Qualem commendes, etiam atque etiam adspice, ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.
Fallimur, & quondam non dignum tradimus. Ergo
Quem sua culpa premet, deceptus, omitte tueri,
Ut penitus notum, si tentent crimina, ferves,
Tuterisque tuo fidentem praefidio. —*

HORATIUS, *Libr. I. Epist. XVIII. v. 76.*

*Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum;
Tempore sic duro est inspicienda fides.
Dum juvat & vultu ridet fortuna sereno;
Indelibatas cuncta sequuntur opes.
At simul intonuit; fugiunt, nec noscitur ulli,
Agminibus comitum qui modo cinctus erat.
Atque haec, exemplis quondam collecta priorum;
Nunc mihi sunt propriis cognita vera malis,
Vix duo tresve mihi, de tot, superestis amici.
Cetera fortunae, non mea turba fuit.*

OVIDIUS, *Trist. Libr. I. Eleg. IV. v. 15.*

*Donec eris felix, multos numerabis amicos;
Tempora si fuerint nebula; solus eris.*

IDEM, *eiusd. Eleg. VIII. v. 5.*

Vulgare amici nomen; sed rara est fides.

PHAEDRUS, *Libr. III. Fab. IX. v. 1. Videbis totam.*

Laudator nimis nimis invidiosus habendus.

Tenore illius:

Laudatrix Venus est invidiosa mihi.

HELENA ap. OVIDIUM, v. 116.

„ Haec certe non tantum post primum, secundum & tertium, sed etiam
post quartum pedem nonnumquam locum habet, ut norunt praetextati.
A N T Z. Valeat praetextara haec Eruditio! Quis enim jam nobis expedier,
fuerintne Indocti illi, qui sacrosanctum caelurarum jus ac privilegium i-
gnorantes, ostendit mutassent in: *monstrabit*; an vero alii, Docti nimis, qui,
ut res in promptu est, istud ubique affectando tantum non protulerint,
ejusque nimiam, si d. pl. ostentantes scientiam, & hic verbum *monstrabit*
in: *ostendit* permutassent? Nam quid, quaeso, doctius in se habet *Ostendere*,
prae illo altero: Aut quid indoctius in se rudiusque: *Monstrare*?

(XXIX.)

NE PUDEAT, QUAE NESCIERIS, TE VELLE
DOCERI: •

SCIRE ALIQUID, LAUS EST; PUDOR EST, NIL
DISCERE VELLE.



Μήτι κατασχύνοιο μαθεῖν, τόπερ οὐκ ἐδιδάχθης
Αἰνετόν ἐστι μάθησις, ὁ δὲ ἀγνοίης ἔπος αἰσχρόν.

*What thou know'st not, to learn think it no Shame;
To know deserveth Praise, not to learn merits Blame.*

Was du nicht kanst / das sey zu lernen doch beflissen:
Was wissen ist ein Ruhm / und Schmach nichts wollen wissen.

Schaam u niet, weetge iets niet, datge u laat onderwyzen.
Niets leeren is wel schande, iets weten hoog te pryzen.

*Faites-vous un bonheur d'apprendre à tout moment:
Et laissez l'Insensé rougir en s'instruisant.*

VARIANS LECTIO. Non pudet, quae nesc. t. v. d. Quidam exhibent
Codd. Scire aliquid, laus est, culpa est n. d. v. Ita Scaliger, pars Codicum
Aitzanii & ipse, suo in textu. Alii ejus Codd. habent: surpe est, ex quo
for-

FLOSCULI POETICI.

Descriptas servare vices, operumque colores,
Cur ego, si nequeo ignoroque, Poëta salutor?
Cur *nescire, pudens prave, quam discere malo?*

HORATIUS, *Art. Poët.* v. 86 [Quo de loco
etiam Cl. Arntzen nostrum hoc desumptum
esse Distichon, credit.]

Stultorum incurata PUDOR MALUS ulcera celat.

IDEM, *Libr. I. Epist. XVI.* v. 24. passim jam cit.

Discere quae nescis, sapientia prima putatur:
Et nihil extremus fit tibi scire pudor.

AULAEUS, *contorte, Melius:*

Sit pudor extremus, *discere velle nihil.*

———— Namque *errorum ignorantia ferme est*
Cunctorum causa. ————

PALINGENIUS, *Scorpii* v. 735.

Indoctum raro esse probum contingit & atras
Errorum in tenebras mentem ignorantia trudit.

IDEM, *Capricorn.* v. 104.

Prima igitur labes animae, & contagio prima,
Praecipuumque malum, quod culpa corporis illi
Evenit, est veri atque boni ignorantia, de qua
Judicium falsum exoritur, quae maxima pestis
Humano est generi, de qua duo monstra creantur:
Stultitia atque Scelus: Sed ab his mala cuncta duobus.

IDEM, *Sagittar.* v. 254.

Qui felix, & qui prudens vult esse, laboret:
Commoda Di vendunt cuncta labore gravi.
Sic & Aristoteles fertur plerumque lapillum
Pervigil in somnis sustinuisse manu.
Segnitiam fugiat, *studii* qui flagrat amore:
Ignavas odit forsque Deusque preces.

REUSNERUS.

Agresti ingenio nihil importunius usquam est.

HOSPITALIUS.

fortasse culpa enatum. *Pudor est*, praeter magnum illum Editionum nume-
rum ab ipso indicatum, & Scaligero, etiam recentior nobiscum elegit Pari-
sinus, & melius longe sententiae nexui inde consultum arbitramur, quam
ut imperitis lectionem eam librariis acceptam referre queamus.

(XXX.)

CUM VENERE ET BACCHO LIS EST, SED JUNCTA
VOLUPTAS.

QUOD BLANDUM EST, ANIMO COMPLECTERE;
SED FUGE LITES.




Κύπριδι καὶ Βάκχῳ ἔρις εὐφροσύνη τε σύνεισιν·
Ἄσπάζου τὸ προσωπὸν ἐνὸν, τὰ δὲ νεῖκεα φεύγε.

*In Love and Wine there is both strife and Joy:
Take what doth please, and shun what doth annoy.*

Bei Wein und Liebe wohnt ingleichen Lust und Streit:
Laß ihre Zwietracht seyn / umfasse Frölichkeit.

Daar 's twist met *Venus* en met *Bacchus*, schoonze voegen
Hun wellust steeds byeen. Schuw twist, en neem genoeg.

*Et Venus & Bacchus engendrent les querelles.
Craignez de leurs douceurs les suites criminelles.*



VARIANS LECTIO. C. V. e. B. *lis est, cum iuncta voluptas.* Barthius. Al.
& *iuncta voluptas* Editt plures, interque cas, Parisiensis. Cod. unus,
iuncta voluntas Et in altero versu:
Quod lautum est. Plerique Codd. Arntzeniani & plures duodecim nobiliff.
Editt.

FLOSCULI POETICI.

Incommoditate abstinere me apud convivas commode
 Commemini, & meae orationis justam partem persequi:
 Et meam partem itidem tacere, cum aliena oratio est. —
 Neque per vinum umquam ex me oritur dissidium in convivio.
 Si quis ibi odiosus est, ab eo domum, sermonem segreco.
 Venerem, amorem, amoenitatemque accubans exerceo.

PLAUTUS, *Mil. glor. Act. III. Scen. 1. v. 49. & 60.*

Vina bibant homines, animalia cetera fontes:
 Absit ab humano pectore potus aquae!

OVIDIUS.

Lite vacent aures, insanaque protinus absint
 Furgia: Differ opus, livida turba, tuum.

OVIDIUS, *Fastor. Libr. I. v. 73.*

Albus ut obscuro deterget nubila coelo
 Saepe notus, neque parturit imbres
 Perpetuos: sic tu sapiens finire memento
 Tristitiam vitaeque labores,
 Molli, Plance, mere. — — — — —

HORATIUS, *Libr. I. Od. VII. v. 15.*

Illic omne malum vino cantuque levato,
 Deformis aegrimoniae Dulcibus alloquii.

IDEM, *Epod. XIII. v. 25.*

— — — — — Dissipat Evius
 Curas edaces — — — — —

IDEM, *Libr. II. Od. XI. v. 17.*

Siccis omnia nam dura Deus proposuit: neque
 Mordaces aliter diffugiunt sollicitudines.
 Quis post vina gravem militiam aut pauperiem crepat?
 Quis non te potius, Bacche pater, teque decens Venus?
 At ne quis modici transfiliat munera Liberi,
 Centaurea monet cum Lapithis rixa, super mero Debellata.

IDEM, *Libr. I. Od. XVIII. v. 3.*

Natis in usum laetitiae scyphis
 Pugnare, Thracum est: tollite barbarum
 Morem, verecundumque Bacchum
 Sanguineis prohibete rixis.

IDEM, *eiusd. Libr. Od. XXVII. v. 1.*

Cum dat oluscula Mensa minuscula, Pace quieta;
 Ne pete grandia, Lautaque prandia, Lite repleta.

ANONYM. cit. a Comite OXENSTIRNAEO, pag. 286.

Editt. in quibus iterum quae supra jam dictae. Sed inepte, ut censet Scaliger. Quod libisum est. Scriverius. Cf. Arntzen. & in sua, nobiscum, Pithocanae subscribit Scaligeri. Bonum factum, quod & ipse aliquando Codices in erroreprehendit. Soloecismis certe scateret Cod. Tigurinus, quem Turic. vocat, ut hic: *complete tu.*

(XXXI.)

DEMISSOS ANIMO AC TACITOS VITARE
MEMENTO.

QUA FLUMEN PLACIDUM EST , FORSAN LATET
ALTIUS UNDA.



Φεύγε χαμαιζήλους και σιγηλῶν γένος ἀνδρῶν
ἢ Νᾶμ' εὐκηλον , τάχα δὴ βαθὺ κρύπτεται ὕδωρ*.

*Sullen and silent Men, of them beware:
Where th' River 's still, the Waters deepest are.*

*Vermeide falschen Sinn und stiller Leute Griffe:
Wo Flüsse leise geh'n / ist solcher Wasser Tiefe.*

*Schuw menschen , die gy stil en stug meest hebt bevonden :
In stille wateren vindt gy de diepste gronden.*

*Fuiez d'un noir fournois le silence perfide :
L'eau dormante nous perd , quoique la moins rapide.*

* In Graecis Edit. quaed. n. saepius aberrat : Sed hic triplex plane tolerandus non est Soloecismus : "H κῶμ' εὐκηλον. Nam neque κῶμα femininum, nec sensui conveniens, neque in textu erat, neque articulus femininus scribitur : ἢ sed ἢ ; neque denique textus hunc articulum agnoscit, sed particulam localem ἢ Qua, ut in latinis. Adde quartum vel quintum, in eodem versu, quorum in emendandis invenias nullum : βάθν. Sed haec forte leviora. Accedit adhuc, in eodem, desino jam numerare, δὲ pro δὴ, & syllabae mensura, & significatu plane diverso. Quod in priore tamen Edit. melius,

VARIANS LECTIO. Iterum relictis omnibus ipse suis Codd. Cl. Antzenius meliores nobiscum sequitur Editiones. Illi enim, jam : *Dimissos animo & tacitos*, id quod ipse refutat optime ; jam : *D. animo tacitosque vitare*, contra metri leges, exhibuerunt. Quod tolerabilius in alio : *tacitosque cavere memento*. Modo : *Quod flumen placidum est* ; modo : *Quod placidum est flumen*, modo : *Quo flumen est placidum*, iterato contra regulas ; Denique & :

FLOSCULI POETICI.

*Ultra Sauromatas fugere hinc libet, & glaciale
Oceanum, quoties aliquid de moribus audent,
Qui Curios simulant, & Bacchanalia vivunt.
Indocti primum: quamquam plena omnia gypso
Chryssippi invenias. Nam perfectissimus horum est;
Si quis Aristotelem similem, vel Pittacon emit,
Et jubet archetypos pluteum servare Cleanthas.
Fronti nulla fides. Quis enim non vicus abundat
Tristibus obscenis?*

JUVENALIS, *Sat. II. v. 1.* Sed tota
ejusd. argumenti.

*Fallit enim vitium specie virtutis & umbra:
Cum sit triste habitu, vultuque & veste severum.*

IDEM, *Sat. XIV. v. 109.*

*Ubi vultus ille, & ficta majestas viri,
Atque habitus horrens, prisca & antiqua appetens,
Morumque senium triste, & aspectu grave?
O vita fallax! abditos sensus geris,
Animisque pulcrum turpibus faciem induis.
Pudor impudentem celat, audacem quies,
Pietas nefandum, vera fallaces probant,
Simulantque molles dura.*

SENECA, *Hippolyt. v. 912.*

*O Simulatores, tetrum pecus, ut mihi saepe
Bile jecur vitrea diffinditur, ista tuenti!
Creditis esse Deum, coelo qui talia curet?
Exprimite hoc factis. Non creditis? Abjicite ergo
Hunc fucum, &, vultu ruite in scelus omne relecto.
Hoc ego larvarum genus exitialiter odi.*

M. ANTON. MURETUS, *Sat. II.* HORATIANI:
O Imitatores servum pecus! non stultus Imitator.

*Invenies passim multos, qui pelle sub agni
Vipereum celant virus, moresque luporum,
Et stolidos ficta virtutis imagine fallunt.*

PALINGENIUS, *Scorp. v. 946.*

Dum malus est, Speciem probitatis Hypocrita fingit.

LAUTERBACHIUS.

Virtutis Vitium saepe colore venit.

L. DE MEYER, *Libr. III. de Ira,*

&: Quo flumen placidum forsitan l. a. u. Aut omnia alia, his deteriora, quae
vel recitare pigeat, quantumcumque alias celebrari, dederunt illi. Sed nec
Editiones sibi constant omnes. Demisso tacito animo, Janssoniana nobis prae-
bet spectandos: Eadem & Florentina flumen placidum sibi vindicant. Scri-
verius una particula & pro ae a nobis discrepat. Ne hac quidem, Parisinus
Editor novissimus.

(XXXII.)

QUUM TIBI DISPLICEAT RERUM FORTUNA
TUARUM,

ALTERIUS SPECTA, QUO SIT DISCRIMINE
PEJOR.



Εἶσε τύχη τῆς σῆς αἰσῆς μὴ πάμπαν ἀρέσκει,
Εἶσιδ' εἰς ἄλλου πόλμον, ὅσῳ τεοῦ ἐστὶ χειρίων.

*When thy Estate is not unto thy Mind,
See other Men's, which thou may'st far worse find.*

Wil sich das Glück dir nicht als du wilt ergeben;
Schau/ wie so viele noch gar sehr weit ärger leben.

Mishaagt de staat u, dien 't Geluk u heeft gegeven,
Bezie de Nood en Kwaal, daar anderen in leven.

*Votre sort vous déplaît? Jettez l'oeil sur tant d'autres:
Quelle Comparaison de leurs malheurs, aux vôtres?*



VARIANS LECTIO. Codd. iidem, qui antea, infelicissime variant
xursum, vel ipso nos id docente eorum domino, qui repudiatis iis, verum
feliciter amplectitur. Primum enim eorundem par, *Leid. I. & II.* in dete-
stabilem hancce conspirat lectionem:

Cum fortuna tuarum rerum tibi displiceat ipsi.

Par vero secundum melius, *Coll. scil. Voss. & Cod. Turic. f. Tigurin.*

Quum fortuna tua rerum tibi displiceat ipsi.

Et mirum, sane, quod hoc, brevis caesurae illecebris, neminem pellexe-
rit.

FLOSCULI POETICI.

Hippolytus, quoties flenti, Theseius heros,
Siste modum, dixit: nec enim fortuna querenda
Sola tua est. SIMILES ALIORUM RESPICE CASUS:
MITIUS ISTA FERES. Utinamque *exempla dolentem*
Non mea te possent relevare! Sed & mea possunt.

OVIDIUS, *Metamorphoj. Libr. XV. v. 492.*

Qui *sustinere non potest suum malum,*
Alios inspiciat, & discat tolerantiam. —
Heu, inquit unus, *sunt & alii, quos timor*
Vexas malorum. Ferte vitam, ut ceteri.

PHAEDRUS, *Fab. II. Append. sub*
initium & fin.

Rem pateris modicam & mediocri bile ferendam,
Si flectas oculos majora ad crimina. —

JUVENALIS, *Sat. XIII. v. 143.*

Ten', o delicias! *extra communia censes*
Ponendum: quia tu gallinae filius albae,
Nos viles pulli, nati infelicibus ovis?

Ibid. paullo ante, v. 140.


In moerore tibi est animus tener: adspice cladem
Majorem alterius: tu quoque natus homo es.

MEYERUS.

Quae mala cum multis patimur, leviora videntur.

FALINGENIUS, *Leon. v. 652.*

Solamen miseris, socios habuisse malorum:
Solamen miserum sed tamen istud idem.



rit. Tertium par, *Veterr. Chartac. & Membranaceus Vossii Cod.* ita dedit secundum versum:

Alterius specta quo sis discrimine peior.

Quod & Codicum septimus *Leid. III.* & Editt. praeterea satis multae adoptarunt. Aliae contra exhibuerunt cum secundo Codicum pari: *Cui sis discr. pej.* Cum primo pari forte aliae: *cui sit.* Unde Scriverius, in sua, effinxit: *quò sit.* Et tamen tot inter scopulos, dictu mirabile! vera ad nos lectio illaeva pervenit, solius ope *Veterrimi Regii*, Codd. videlicet octavi. Sed & Planudis ministerio, vel ab ipso propterea collaudati Scaligero, idem Barthio quoque comprobante.

XXXIII.

(XXXIII.)

QUOD POTES, ID TENTA: NAM LITUS CARPERE
REMIS

TUTIUS EST MULTO, QUAM VELUM TENDERE
IN ALTUM.




Τοῖς δυνατοῖς ἐπιχειρεῖ· ἐρετμοῖς πλεῖν γὰρ ἄμεινον
Θῖνα παρ' εἰναλίην, ἢ λαίφει ὄλω πηλαγίζειν.

*Strive not above thy Strength: The Shore to keep
Is better than to launch into the Deep.*

*Versuche was du kannst: Dann rudern an dem Rande/
Ist weiter von Gefahr / als segeln weit vom Lande.*

*Beproof het geen gy kunt: Want langs het Strant te varen
Is veiliger, dan ver te dobbren op de baren.*

*Ne vous forcez en rien. Côtéiez le Rivage
Plûtôt, que d'affronter, en pleine mer, l'Orage.*



*Alta nimis linque, & donata forte, beatum
Te dic, quodque velis esse, fuisse puta.*

SAMBUCUS, Embl. tit. Nimum sapere. v. 7 p. m. 28.


*Non levitas tollit, nec onus nos deprimit omnes:
In medio tutum conditionis odus*

IDEM, Embl. tit. moderata conditio. p. 36.

*Ut tibi succedant feliciter omnia, frustra
Tunc nihil incipies:*

*Progressu facili perages, laetusque laborum.
Exitus omnis erit.*

APHERDIANUS.



VARIANS LECTIO. *Tutius est multum.* Unus Cod. primi Paris: *Al-*
ter ejusdem, dat legendum: Tutius multo esto, quam vela intendere in altum.
Al. Cod. *nec multo habet, nec multum.* POIRO: *quam velis tendere in altum.*
Sub-

FLOSCULI POETICI.

*Non ego velifera tumidum mare fundo carina:
Tota sub exiguo flumine nostra mora est.*

PROPERTIUS, *Libr. III. Eleg. VII. v. 35.*

*Vela secundis inflata notis
Ventos nimium timere suos,
Nubibus ipsis inferta caput
Turris pluvio vapulat Austro:
Densasque nemus spargens umbras
Annosa vider robora frangi.
Feriunt celsos fulmina colles.
Corpora morbis majora patent:
Et cum in pastus armenta vagos
Vilia currunt, placet in vulnus
Maxima cervix. Quidquid IN ALTUM
Fortuna tulit, ruitura levat.
Modicis rebus longius aevum est,
Felix mediae quisquis turbae
Sorte quietus,
Aura STRINGIT LITORA tuta;
Timidusque MARI CREDERE CYMBAM;
REMO TERRAS PROPIORE LEGIT.*

SENECA, *Agamemnon. Act. I. v. 90.*

*Male pensantur magna ruinis,
Felix alius magnusque volet;
Me nulla vocet turba potentem.
STRINGAT TENUIS LITORA PUPPIS;
NEC MAGNA MEOS AURA PHASELOS
JUBEAT MEDIUM SCINDERE PONTUM.
Transit tutos Fortuna sinus.
MEDIOQUE RATES QUÆRIT IN ALTO;
Quarum feriunt suppara nubes.*

IDEM, *Hercul. OEtnei Act. III. v. 691.*

*Qui dubiis ausus committere flatibus alnum,
Quas natura negat, praebeuit arte vias.
Tranquillis primum trepidus se credidit undis;
LITORA, SECURO TRAMITE, SUMMA LEGENS,
Mox longos tentare sinus, & linquere terras,
Et leni coepit pandere Vela Noto.*

CLAUDIANUS, *Praef. Libr. I. de raptu Proserp. v. 3.*

Substituendum putabat Scaliger, cui se accommodat Ed. Paris. noviss. Anglica nobiscum facit. Malcius contra: *velo*, castigatus propterea, ut saepe, a Doct. Arntzenio,

(XXXIV.)

CONTRA HOMINEM JUSTUM PRAVE
CONTENDERE NOLI:

SEMPER ENIM DEUS INJUSTAS ULCISCITUR
IRAS.




Μη βούλου ἀδίκως ἐριθαινέμεν ἀνδρὶ δικαίῳ
Τῶν ἀνόμων θεὸς ἐστὶν ἀεὶ τιμῆρος ὀργῶν.

*Seek not to thrust an honest Man from 's Right:
For God will always punish wrongful Spite.*

*Gerechte scheue dich mit Unrecht zu besprechen:
Dann ungeredhten Zorn pflegt Gott allzeit zu rächen.*

*Laat u in geenen twist met vrome luiden horen:
Godt wreekt het onrecht van den uitgelaten toren.*

*Garde-toi d'offenser un homme en sa droiture
Il est au Ciel un Dieu, Vengeur de toute injure.*



VARIANS LECTIO. *Contra hominem justum plane contendere noli.* „ Est
„ in Collat. Voss. *noli contendere prave.* in Leid. III atque Editt Chouët.
„ Florent. Beill. Corder. Cruc. & Fulmann. in margine. *Noli contra homi-*
„ *nem*

FLOSCULI POETICI.

Mali sunt homines, qui bonis dicunt male:

Tu dis nec recte dicis: non aequum facis.

PLAUTUS, *Bacchid.* Act. I. Scen. II. v. 10.

Nostripse culpa facimus, ut malos expediat esse,

Dum nimium dici nos bonos studemus & benignos.

Ita fugias, ne praeter casam, quod ajunt. Nonne id sat erat,

Accipere ab illo injuriam? etiam argentum est ultro objectum:

Ut sit qui vivat, dum aliud aliquid flagitii conficiat.

Planissime. IIS NUNC PRAEMIUM EST, QUI RECTA
PRAVA FACIUNT.

TERENTIUS, *Phormion.* Act. V. Scen. II. v. 1.
quem & locum hic citavit Cl. Arntzen. nos
jam alibi.

Quam multa injusta ac prava sunt moribus?

IDEM, *Heautont.* Act. IV. Scen. VII. v. 11. citante
itidem ad hoc Dist. Viro cum laude memorato.

Inlicitum offerre injuriam tibi immerenti, iniquum est.

IDEM, *Hecyrae* Act. V. Scen. I. v. 14.

Vis arcere graves poenas? Convitia nulli

Dixeris: haec propter Numinis ira furit.

MEYERUS.

Aeacidae Hectoreo perfusum sanguine scutum,

Quod Graecorum Ithaco concio iniqua dedit,

Justior arripuit Neptunus in aequora jactum

Naufragio, ut dominum posset adire suura.

Litoreo Ajacis tumulo namque intulit unda,

Quae boat, & tali voce sepulcra ferit:

Vicisti, Telemoniaede, tu dignior armis.

Affectus fas est cedere Justitiae.

ANDREAS ALCIATUS, *Embl. XXVIII. tit.*
Tandem, tandem Justitia obtinet. Conf. &
P. BAYLII *Dictionar. Historico-Critic. Gall.*
Artic. Ajax.

„nem justum contendere prave. In Cod. Turic. ARNTZEN. Saepe, pro semper
idem se reperisse Vir doctus testatur, in Editione Florent. sed recte im-
probat. Novissimus Editor Parisinus in utrovis Distichi versu plane mutat
nihil. Sic & reliquae sibi constant Editiones omnes.

(XXXV.)

EREPTIS OPIBUS, NOLI MOERERE
DOLENDO:SED GAUDE POTIUS, SI TE CONTINGAT
HABERE.


Τῶν σεῦ ἀτεμβόμενος μὴ ποτνιῶ ἀχνύμενος κῆρ·
Χαῖρε δὲ μᾶλλον ὅταν τινὰ συμβῆ σοὶ κτεαίσειν.

*When Goods thou lovest, do not much complain;
But rather joy, if thou may'st them obtain.*

*Nicht weine / sind dir Geld und Güter abgenommen;
Erfreue dich vielmehr / daß du darvon gekommen.*

*Treur niet iafhartig, zoo de rykdom u verlaat;
Maar draag u vrolyk, als gy zyt in goeden staat.*

*Ne pers point à la fois & biens, & Contenance:
Réjouis-toi plutôt pendant leur jouissance.*



VARIANS LECTIO. *Ereptis opibus, noli tu flere querendo.* Erasmus. *Nolito flere querendo.* Opitius. Illum sequitur, Janssoniana & reliquarum Edit. magna pars. A nostris stant partibus Scriverius, Parisinus recentior & omnium Editorum novissimus, Arntzenius, Codd. suorum auctoritate suffultus, quamquam neque ii in omnibus sibi constant. Sed ea minuta sunt, in quibus discrepent. Adi, si lubear, ipsum. *Sed gaude potius, tibi quam contingit habere.* Ita Scaliger, Edit. Janssoniana atque Opitiana, ut taceam alias. No-

FLOSCULI POETICI.

Ponamus nimios gemitus : *flagrantior* aequo
Non debet dolor esse viri, nec vulnere major.
Tu, quamvis levium *minimam*, *exiguamque malorum*
Particulam, *vix ferre potes*, spumantibus ardens
 Visceribus, sacrum tibi quod non reddat amicus
 Depositem. Stupet haec, qui jam post terga reliquit
 Sexaginta annos, Fontejo Consule natus?
 An nihil in melius tot rerum proficit usu?
 Magna quidem, sacris quae dat praecepta libellis,
Victrix Fortunae Sapia: Ducimus autem
 Hos quoque *felices*, qui *ferre incommoda vitae*,
 Nec jactare jugum *vita didicere magistra*.

JUVENALIS, *Sat. XIII. v. 11.*

Sensit Alexander, testa quum vidit in illa
 Magnum habitatorem: *quanto felicior hic*, qui
Nil cuperet, quam qui totum sibi posceret orbem,
 Passurus gestis aequanda pericula rebus.

IDEM, *Sat. XIV. v. 311.*

In paupertate tutum praestat vivere,
Quam divitiarum carpi sollicitudine.

PHAEDRI *Fabb. Appendice.*

Rebus in adversis patientia vera probatur.

OWENUS, *Ethicor. II. Epigr. XII. v. 3.*

Durum: sed *levius fit patientia*,
 Quidquid corrigere est nefas.

HORATIUS, *Libr. I. Od. XXIV. v. 19.*

Posse pati facile est: tibi *ni patientia desit*,
 Protinus ex facili gaudia ferre licet.

OVIDIUS, *Libr. II. Rem. v. 125.*

Fortiter ediscam tristia posse pati.

IDEM, *Heroid. Epist. VII. v. 178.*

 Nostram tuentur lectionem Ascensius, a Daumio citatus, & Leidens. III.
 Item qui: *Si te contingit habere habent*, Veterr. Reg. & Chartac. Arntzenii.
 Ipse tamen, uti & Paris. novissimus, praefert: *tibi si contingat habere Ha-*
bere autem pro *habere* s. *salvere*, *salvum* & *incolumem esse*, accipit, atque ita
 exponit. Salvo, sane, eodem sensu, si vel nostram amplexus fuisset. Ipsos
 vero Stoicos severitate superat Scriverius, qui h. l. ita convertere maluit:

Sed gaude potius, si nil contingat habere

T

XXXVI.

(XXXVI.)

EST JACTURA GRAVIS, QUAE SUNT, AMITTERE
DAMNIS;

SUNT QUaedam, QUAE FERRE DECET
PATIENTER AMIGUM.



Ἄτλητον βλάβος ἐστὶ, τύχαις τὰ ἐνόητ' ἀποβάλλειν.
Ἔστιν δ', ἅτλα φέρειν, φίλε, δεῖ τετραῆσι θυμῷ.

*The Case is hard to spend our Means by Losses;
Yet sometimes for our Friends we must bear Crosses.*


Verlust der Güter / durch Verschwendung / ist zu meiden:
Doch der / so Freundschaft mehrt / ist wohl noch zu erleiden.

Verliestge uw goedt door schâ, 't is zeker te beklagen.
Maar daar zyn dingen, die uw vrient u leert verdragen.

*Toute perte étrangere est toujours très sensible:
Perdre pour un Ami nous est bien moins nuisible.*

Ou:

*La Dépense, qu'on fait, est quelquefois outrée:
Celle, pour un Ami, ne soit point regrettée.*



VARIANS LECTIO. Priorem versum quidam sistant Codd. mutilatum vocibus *quae sunt*, sive utraque, sive alterutra. Sed hoc nihili est. *Sunt quaedam, quae ferre decet patienter, amice.* Aliquot, quos sequitur Scaliger, cum Codd. tum Editt. ita nobis versum ob oculos ponunt. At melior pars *amicum* praefert, quos & sectatur Arntzenius. nosque eum, & in quo, mirum in modum, consentientem nobiscum habemus Editorum ac Paraphrasten novissimum eum, qui Luretias inclaruit. Violenta nisus Barthii expositio erat: Ingeniosa, nec admittenda tamen, Vixi alicuius docti,

FLOSCULI POETICI.

Stultus atque infanus *damnis certant: nos salvae sumus.*

PLAUTUS, *Trucul. Act. V. v. 58. a laudato perapposite citatus Arntzenio.*

Cressa ne careat *pulcra dies nota:*

Neu promptae modus amphorae,

Neu morem in Saliū sit *requies pedum.*

HORATIUS, *Libr. I. Od. XXVI. v. 10.*

Quocumque lectum nomine *Massicum*

Servas, moveri digna bono die,

Descende, Corvino *jubente,*

Promere *languidiora vina.*

IDEM, *Libr. III. Od. XXI. ad Amphoram, v. 5.*

————— *Latus*

Depone sub lauru mea, *nec*

Parce cadis tibi destinatis.

Oblivioso laevia *Massico*

Ciboria exple. Funde *capacibus*

Unguenta de *conchis.* —————

IDEM, *Libr. II. Od. VI. v. 18.*

Sume, Maecenas, cyathos amici

Sospitis centum: & vigiles lucernas

Profer in lucem: procul omnis esto

Clamor & ira.

IDEM, *Lib. III. Od. VIII. v. 13.*

Nardo *vina merebere.*

Nardi parvus *onyx eliciet cadum,*

Qui nunc Sulpitiis accubat horreis,

Spes donare novas largus, amaraque

Curarum eluere efficax.

Ad quae si properas gaudia, cum tua

Velox merce veni: Non ego te meis

Immunem meditor tingere poculis,

Plena dives ut in domo.

Verum pone moras, & studium lucri.

IDEM, *Libr. IV. Od. XII. ad VIRGILIUM, v. 16.*

docti, ab Arntzenio producti, transpositio in verbis facta: *qui sunt, amittere amicos, & ferre docet patientia damna.* Nec magis probanda, instituta haec primum a Scriverio immutatio: *quae ferre docet patienter amicus.* Sed vehementer probanda novissima est ipsius expositio Cl. Arntzenii, cui & nos animo ut subscribimus lubentissimo, ita & Germanica pariter atque Gallica adcommodavimus. Verum ille hic maxime meretur, quem adeas ipsum, magnam, profecto, rem dignumque vindice nōdum ita secantem, ut nemo fortius meliusque hactenus.

(XXXVII.)

TEMPORA LONGA TIBI NOLI PROMITTERE
VITAE:

QUOCUMQUE INGREDERIS, SEQUITUR MORS,
CORPORIS UMBRA.



Μή σοι ἐπαγγέλλου μήκισον τέρμα βίοιο·
Σώματι γάρ, σκιά ὡς, ἐπεται μόρος, ἤχι πορεύη.

*Tbyself no Promise make to live long here:
Death, at thy Shade, attends thee ev'ry where.*

Zu lange Lebens-Zeit / geh / bilde dir nur ein;
Der Tod wird / wo du schwebst / dein Schatten um dich seyn.

Laat uw gedachten niet op een lang leven gaan:
De doot volgt u, gelyk een Schaduw, agter aan.

*De vivre bien-lontems, c'est un trompeur appas:
Comme une ombre, la mort nous suit à chaque pas.*

VARIANS LECTIO. Consentientibus in eam lectionem omnibus Codd. praeter unum, qui *Corporis umbram* habet, nolimus in eo plus tribuere magnorum quantumvis Virorum, Erasmi conjecturis & Scaligeri, quas adoptarunt Edit. pluzinnac; *Corpus ut umbra* exhibentes. In his tamen & diver-
forum

FLOSCULI POETICI.

Immortalia ne speres, monet annus, & alium

Quae rapit hora diem. HORATIUS, *Libr. IV. Od. VII. v. 7.*

— Nihil est, toto quod perftet in orbe;

Cuncta fluunt, omnisque vagans formatur imago,

Ipsa quoque assiduo labuntur tempora motu;

Non fecus ac flumen: neque enim consistere flumen,

Nec levis hora potest: Sed ut unda impellitur undâ,

Urgeturque eadem veniens, urgetque priorem;

Tempora sic fugiunt pariter, pariterque sequuntur.

OVIDIUS, *Libr. XV. Metam. v. 177.*

Tempora labuntur, tacitisque senescimus annis,

Et fugiunt, freno non remorante, dies.

IDEM, *Fast. Libr. VI. v. 667.*

Serius aut citius sedem properamus ad unam.

Tendimus huc omnes; haec est domus ultima. —

IDEM, *Metamorph. Libr. X. v. 33.*

Longius, aut propius, mors sua quemque manet.

PROPERTIUS, *Libr. II. Eleg. XXII. v. 58.*

— — Carpathus dulcia: nostrum est

Quod vivis; cinis & manes & fabula fies

Vive memoy leti: fugit hora: hoc, quod loquor, inde est.

PERSIUS, *Sat. V. v. 151.*

Et pace, & bello cunctis stat terminus aevi,

Extremumque diem primus tulit ille per ora.

SILIUS Ital. *Libr. III. v. 134.*

Certa quidem finis vitae mortalibus adstat,

Nec devitari letum pote, quin obeamus.

LUCRETIVS, *Libr. III. v. 1093.*

Ortus cuncta suos repetunt matremque requirunt,

Et redit ad Nihilum, quod fuit ante nihil.

CORNEL. GALLUS, *Eleg. I. v. 221.*

Ecce sumus pulvis, fumus, ecce miserrima tellus,

Et nostri fugiunt, ut levis aura, dies.

Solvimur ut nebulae, surgens ut in aëra fumus,

Et veluti solvi sole pruina solet.

Carpimur, ut stipulae rapido carpuntur ab igne:

Nil nisi vivendo somnus & umbra sumus.

Unde igitur fastus, venit unde superbia nobis,

Quos fatum, praeter tot mala, triste rapit? LAMPSONIUS,

Quo magis esse procul credis, magis imminet: unde

Certius est, quam mors, quam moes incertius est nil.

PALINGENIUS, *Scorp. v. 344.*

forum temporum Parisinae sunt, ut facile mireris tantum ponderis habuisse illorum Nominum auctoritatem; nisi forte & alia praeterea accedens in eam partem praeponderaverit. Utraque Amstelodamensis nobilior & Scriverius jam ante, itemq. Aarglica, idem elegerunt: *Corporis umbra.*

(XXXVIII.)

TURE DEUM PLACA: VITULUM SINE CRESCAT
ARATRO.

NE CREDAS PLACARE DEUM, QUUM CAEDE
LITATUR.



Ἰλάσκου θυέεσσι θεόν. Δίπε μόσχον ἀρότρω.
Μηδέ μιν εὐμενίσαι δέκει αἵματι καὶ σφαγίοισι. (*)

*With Incense God appease, let Bullocks grow;
Think not to please God with a bloody Vow.*

Mit Beyrauch ehre Gott: Das Kalb gehört zum Pflügen,
An Thieren / die man würgt / läßt Gott ihm nicht genügen.

Eer Godt met reuk: uw kalf groei tot den dienst van
't ploegen.
In bloet te storten scheidt de Godtheit geen genoeg.

*L'Encens seul est pour Dieu; le boeuf, pour la charuë.
Le Ciel ne se plaît point dans ces troupeaux, qu'on tue.*

(*) Totum PLANUDEANUM est Distichon, quod SCALIGER intactum reliquit.

VARIANS LECTIO. *Ture Deum placa: Vitulus sine crescat aratro.* Sola Editio Paris. habet, recensente Arntzenio, & quidem vetustior, nam quae inde nuper ad nos pervenit, saepius nobis jam citata, reposuit: *vitulum;*
Et

FLOSCULI POETICI.

Coelo supinas si tuleris manus,
Nascente Luna, rustica Phidile,
Si tute placaris & horna
Fruge Lares, avidaque porca;
Nec pestilentem sentiet Africum
Focunda vitis, nec sterilem seges
Rubiginem, aut dulces alumni
Pomifero grave tempus anno.

HORATIUS, *Libr. III. Od. XXIII. v. 1.*

Sed tamen, ut fulo saurorum sanguine centum,
Sic capitur minimo turis honore Deus.

OVIDIUS, *Trist. Libr. II. v. 75.*

— — — *Iusta ite precari*
Tute pio, caedumque feros avertite ritus.

SILIUS ITAL. *Libr. IV. v. 795.*

Non quaecumque manu victima caesa, litat.

MARTIALIS, *Libr. X. Epigr. LXXIII. v. 6.*

Sunt faciles Superi, precibus sese Deus offert,
Hora, qua erroris poenitet, atque pudet.

SAMBUCUS,

Ad gentis humanae coactum Concilium

DEUS sic ora solvit:

Taurine vescor carnibus, aut bibo
Hirci cruorem? Pectore candido
Grates age, & quovis litabis
Rite Deo, sine caede, voto.
Tum deprehensus rebus in asperis,
Securus implora: auxilium feram.
Grates ut, accepta salute,
Laetus agas, Dominumque laudes.
Considerate haec, vos, quibus excidit
De mente coeca mentio Numinis.
Ne, quum ptehendam, nemo sit, qui
De manibus mihi prensa tollat.
Si victimam vis magnificam mihi
Mactare; laudes canta. age gratias.
Hac itur ad certam salutem,
Haec superos via pandit axes.

BUCHANANUS, *Psalmo L. v. 2. 13. 14. 15. 22 & 23.*

~~XX~~

Et sequentem hoc modo versum: *Nec credas placare Deum, dum caede litatur.* Quod & aliae sat multae & Anglicae Editt. confirmant. *Ne credas gaudere Deum,* tres dederunt Codd. Arntzenianorum. Ceterum: *Placari ne crede Deum,* Scrivenii inventum erat. Boxhornianum *Tute pro tute* vid. in *Hist. Crit.*

(XXXIX.)

CEDE LOCUM LAESUS FORTUNAE, CEDE
POTENTI;

LAEDERE QUI POTUIT, PRODESSE ALIQUANDO
VALEBIT.



Εἶχε τύχη μέλα περ βεβλαμμένος· Εἶχε κραταιῶν,
ὁ βλάψας τὸ πρῶτον ἔχει πάλι καὶ σε ὀνήσσει.

*Yield unto Fortune, and to Men of Might;
He that did thee Wrong may come to do thee Right.*

Nicht scheue dich / dem Glück und Stärkeren zu weichen:
Wer schadet / kan einmal auch wieder Hilfe reichen.

Wyk voor 't Geval, en die is boven u gerezen.
Die u beledigt heeft, kon u weêr nutbaar wezen.

*Supportez le Destin & cedez au plus-fort:
Tel vous peut faire bien, qui vous aura fait tort.*

VARIANS LECTIO. Planudes, ut ait Scaliger, aliter distinguit, omnia ad unam Fortunam referens. Sed illum nos videbimus suo loco. *Cede locum laesis Fortuna.* Ita Membran. Voss. Quam egregie faventem exulibus legem certe nemo erit, qui sanciat aut subire velit. & merito ea a Doctiss. Arntzenio rejecta est & abrogata, *Laedere quod poteris, poteris prodesse aliquando.* In haec

(XL.)

QUUM QUID PECCARIS; CASTIGA TE IPSE
SUBINDE:

VULNERA DUM SANAS, DOLOR EST MEDICINA
DOLORIS.



Ἦν ποθ' ἀμαρτήσης, σπικνῶς ἐπίπληξον ἑαυτῶ.
Τραύμαθ' ὅταν θεραπεύει', ἄκος πέλει ἄλγεος ἄλγος.

*Chastise thyself, if ougst thou do'st amiss;
In healing Wounds, Smart by Smart cured is.*


Bequeme dich zur Straff / auf sündliches Verüben:
Dem Wundarzt wird der Schmerz / wie schmerzlich auch / vertrieben.

Hebtge iets misdaan, gy moet zelf uw kastyder zyn.
Terwylge een wont geneest, dient smert ook tegens pyn.

*Punissez vos Péchés, vous-même avec rigueur:
On ne guérit jamais des Plaïes sans Douleur.*

Ou:

*Souffrez de vos Erreurs l'austère pénitence:
Jamais on ne guérit de grands maux sans souffrance.*



VARIANS LECTIO Aut omnino nulla, aut tanti non est, ut commo-
reatur.

FLOSCULI POETICI.

Ut jugulent homines, surgunt de nocte latrones:
 Ut te ipsum serves, non expergisceris? Atqui
 Si noles sanus, curres hydropicus: & ni
 Posces ante diem librum cum lumine, si non
 Intendes animum studiis, & rebus honestis,
 Invidia vel amore vigil torquere. *Nam cur
 Quae laedunt oculos festinas demere: si quid
 Est animum, differs curandi tempus in annum?*
 Dimidium facti, qui coepit, habet: *Sapere aude:*
Incipe. Qui recte vivendi prorogat horam,
 Rusticus, expectat dum defluat amnis: at ille
 Labitur, & labetur in omne volubilis aevum.

HORATIUS, *Libr. I. Epist. II. v. 32:*

————— ———— ———— Quid tu?
 Nullane habes vitia? immo alia haud fortasse minora.
 Maenius absentem Novium quum carperet: Heus tu!
 Quidam ait: Ignoras te? An ut ignotum dare nobis
 Verba putas? *Egomet mi ignosco*, Maenius inquit.
Stultus & improbus hic amor est, dignusque notari.

IDEM, *Serm. Lib. I. Sat. III. v. 19.*

Virtutem incolumem odimus;
 Sublatam ex oculis quaerimus invidi.
Quid tristes querimoniae,
Si non supplicio culpa reciditur?
Quid leges sine moribus
 Vanas proficiunt? ———— ————

IDEM, *Carmin. Libr. III. Od. XXIV. v. 31.*

Meum officium facio: quod peccatum a nobis ortum est, corrigo.

TERENTIUS, *Adelph. Act. IV. Scen. III. v. 2.*

Cuncta prius tentanda; sed *immedicabile vulnus*
Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.
Non tamen ulla magis praesens fortuna laborum est,
Quam si quis ferro potuit rescindere summum
Ulceris os: alitur vitium vivitque tegendo:
Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor
Abnegat, & meliora deos sedet omnia potens. ————
 Continuo culpam ferro compece, priusquam
 Dira per incautum serpent contagia vulgus.

VIRGILIUS, *Georgic. Libr. III. v. 452. & 468.*

300 DIONYS. CATONIS DISTICH.

(XLI.)

DAMNARIS NUMQUAM, POST LONGUM
TEMPUS AMICUM.

MUTAVIT MORES; SED PIGNORA PRIMA
MEMENTO.



Μὴ καλεγεῖν ἄσχοιο , χρόνον μετὰ μακρὸν , ἱταίρου
Εἰ καὶ ἀμείψῃ τρόπους , τὰ πάσαι μέμνησο δίκαια.

*Never thy Friend after long Time reject ;
Suppose he 's chang'd, yet his first Love respect.*


*Sprich einen alten Freund anjezt von Tadel frey ;
Denk' an die erste Gunst ; ob er verändert sey.*

*Verdoem geen' Vrient om het verand'ren zyner zeden ;
Erinner liever u zyne eerste vriendlykheden.*

*Malgré leur inconstance , épargne tes Amis :
Souviens-toi des Liens dont vous futes unis.*

Ou :

*Qu' après un très-long tems votre Ami soit changé ,
C'est à-tort de vous plaindre , après tant d' Amitié.*



VARIANS LECTIO. *Damnabis nunquam p l. t. a. in unico apparet Cod.*
Reliqua quae variant, nullius sunt momenti.

FLOSCULI POETICI,

Illuc praevertamur: amatorem quod amicae
 Turpia decipiunt caecum vitia, aut etiam ipsa haec
 Delectant: veluti Balbinum polypus Agnae;
 Vellem in amicitia sic erraremus, & isti
 Errori nomen Virtus posuisset honestum.
 At pater ut gnati, sic nos debemus amici,
 Si quod sit vitium, non fastidire. —
 Parcius hic vivit; frugi dicatur. Ineptus
 Et jactantior hic paulo est; concinnus amicis,
 Postulat ut videatur: at, est truculentior atque
 Plus aequo liber, simplex fortisque habeatur.
 Caldior est; acres inter numeretur. Opinor,
 Haec res & jungit, junctos & servat amicos.

HORATIUS, *Libr. I. Sat. III. v. 38.*

Brachia da lasso potius prendenda natanti,
 Nec pigeat mento supposuisse manum.
 Idque facis, faciasque precor. —

OVIDIUS, *c. Ponto Libr. II. Eleg. VI. v. 13.*

Fac modo permanes lapsa, Graecine, fidelis;
 Duret & in longas impetus iste moras.
 Quae tu cum praestes, remo tamen utar & aura:
 Nil nocet admisso subdere calcar equo.

IDEM, *Ejusd. v. 35.*

Nil temere admittas, nisi fidum noris, amicum;
 Sed semel admissus semper habendus erit.

OWENUS, *Ethico. I. Epigr. LXV.*

Invenies multos, si res tibi floret, amicos. —
 Rebus in adversis vera probanda fides.

IDEM, *Ethic. II. Ep. XII. v. 1. & 4.*

Triginta mihi quattuorque messes
 Tecum, si memini, fuere, Juli;
 Quorum dulcia mixta sunt amaris.
 Sed jucunda tamen fuere plura,
 Ut si calculus omnis huc & illuc
 Diversus bicolorque digeratur,
 Vincet candida turba nigriorem.

MARTIALIS, *Libr. XII. Epigr. XXXIV. v. 1.*
 Vid. reliqua, ad Libr. I. Dist. XXVI. in
 flosculis ultimum.

(XLII.)

GRATIOR OFFICIIS, QUO SIS MAGE CARIOR,
ESTO:NE NOMEN SUBEAS, QUOD DICITUR,
OFFICIPERDI,


Τῶν εὐεργεσιῶν χάριν ἴσθ', ἵνα Φιλτερος εἴης·
Καὶ μὴ ὁ θρυλληθεῖς ὀλεσίχαρις αὐτὸς ἀκούσης.

*That thou may'st purchase Love, the kinder be ;
Lest Name of thankless Person light on thee.*

*Seu dankbar / wer dir hilft / so hast du länger Gunst :
Daß niemand sagen mag / sein Wohlthun sey umsonst.*

*Zyt dankbaar voor de gunst, voorheen aan u betoont :
Dan zegt men niet, dat gy haar qualyk hebt beloont.*

*Vous serez mieux servi ; montrez-vous moins ingrat :
Ce seroit, diroit-on, en vain, qu'on l'obligerait.*



VARIANS LECTIO. *Gratior officiis, quo sis mage carior, esto.* Codd. optimorum unus tantum, hoc modo, in medium profert. Alii, neque tamen plures duobus: *Cum sis mage charior reddunt.* Editionum omnis diversitas fere consistit in distinguendo alia arque alia ratione. Vel enim nobiscum, quo sis mage carior, a reliquis, quae sunt ante & post, distinguunt; vel hunc in modum: *Gratior officiis, quo sis mage, c. e.* ita ut quo sit intendendi particula, non casualis; vel etiam hunc in sequentem: *Gratior officiis quo sis mage, carior esto.* In quo Scriverius & Parilius recentior, stabiliendo concurrunt; diverso tamen sensu, quod mirum plane; vel denique &

FLOSCULI POETICI.

Haec mihi semper erunt imis infixæ medullis,
 Perpetuusque animi debitor hujus ero.
 Spiritus & vacuas prius hic tenuandus in auras
 Ibit, & in tepido deteret ossa rogo;
 Quam tibeant animo meritorum obliviam nostræ,
 Et longa pietas excidat ista die.

OVIDIUS, Tr. Libr. I. Eleg. IV. v. 9.

Semper inoblita repetam tua munera mente,
 Et mea me tellus audiet esse tuum.

OVIDIUS, e Ponto. Libr. IV. Eleg. XV. v. 37.

Quæ benefacta accipias, perpetuo memento.

CHILLO Lacedaemon. apud AUSONIUM, in VII. Sapp.

Cedere de nostris nulli te dicis amicis.

Sed fit ut hoc verum, quid, rogo, Crispe, facis?

Mutua cum peterem sestertia quinque, negasti:

Non caperet nummos cum gravis arca tuos.

MARTIALIS, Lib. X. Epigr. XIV. v. 1.

Haud secus est quoddam genus ad lucrosa paratum,

Quod petit, ac repetit; gratia nulla tamen.

Accipiunt quidquid donas, vestigia nusquam

Cernas, OFFICIUM quis MEMINISSE velint.

SAMBUCUS.

Quod tibi vis tribui, non tute negaveris ulli,

Et referenda pari sunt benefacta vice.

Quemque tibi exoptas, alios digneris honore,

Quaeque cupis, prompta des quoque dona manu.

SHELLENE.

Malo si quid beneficias, id beneficium interit.

PLAUTUS, Pœnulus. Act. III. Scen. III. v. 22.

Nam improbus est homo, qui beneficium scit sumere & reddere nescit.

IDEM, Persae. Act. V. v. 10.

Nibil amas, cum ingratum amas.

EJUSDEM. Act. II. Scen. II. v. 46.

& hac ratione: *Gratior officiis quo sis, magis carior esto.* Prout habet Florentina Edit recensente Cl. Arntzenio. Scriverius, ut solet, suo sensu abundat, suoque fere ingenio abutitur. Sed ea pertinent ad criticam hujus Distichi Historiam, cui & reservabimus. Ne nomen subeas, quod dicunt, officiperda. Scaliger e Pithoeana sua & omnes Arntzeniani Codd. quantum ad ultimam vocem, plerique etiam quod ad reliqua adinet, binis tantum eorum, quod dicitur, sistentibus. Multae tamen Edit. & post eas Parisina novissima, dedere: Ne nomen subeas, quod dicitur Officiperda. Scrij. Officiperdae.

(XLIII.)

SUSPECTUS , CAVEAS NE SIS MISER , OMNIBUS
HORIS:

NAM TIMIDIS ET SUSPECTIS APTISSIMA MORIS
EST.



Μήποθ' ὑποπτος ἔμεν , μὴ νολεμές ἀθλιος εἶης·
Δειλοῖς γὰρ θάνατος καὶ ὑποπλευτήσιν ἀρῆρεν. (*)

*Be not suspicious , lest thou wretched be ;
With such , and Cowards , Death doth best agree.*

*laß Argwohn / wilt du nicht in Angst und Kummer schweben :
Dann Furcht und Argwohn sind ein steter Tod im Leben.*

*Schuw argwaan , zoo gy niet van heil wilt zyn ontbloot ;
Want vrees en argwaan staan meest open voor de doot.*

*Par la Crainte sans cesse empire nôtre Sort :
Et pour un Soupçonneux rien n'est sûr , que la Mort.*

(*) Arntzeniana utraque ὑποπλευσίωσιν habet : Minus recte.

VARIANS LECTIO. *Suspectus cave sis ; ne sis miser omnibus horis.* Ita legit Scaliger & quaedam , post ipsum , Editt. , veluti Janssoniana atque Opitiana , in utraque Germania. Codd. tamen plerique referunt *caveas* , nisi quod aliqui *caveris* habeant , qui malus error ex illo multo meliori : *cave sis* , enatus esse videtur : Unde fortasse & Cod. aliquis , recensente Cl. Arntzenio : τὸ αὐτῶν
timae

(XLIV.)

QUUM SERVOS FUERIS PROPRIOS MERCATUS
IN USUS,

ET FAMULOS DICAS, HOMINES TAMEN ESSE
MEMENTO.




Εἰς ἰδίας χρείας ὠνησάμενος θεράποντας,
'Ανθρώπους μέμνησο πλεῖν, δούλους περ ἔοντας.

*When thou hast Servants bought, that thou may'st use 'em,
Slaves call them; yet, being Men, do not abuse 'em.*

*Kaufst du Leibeigenen kund hast sie zum Gebrauch;
So halte sie als Knecht' und doch als Menschen auch.*

*Denk 't is met slaven, die uw werk doen, zoo gelegen,
Dat zy ook menschen zyn, schoon door uw gelt verkregen.*

*Employez vos Valets; mais songez, qu'ils sont hommes,
Même en leur Esclavage, autant que nous le sommes.*



VARIANS LECTIO. *Quum famulos fueris proprios mercatus in usus; Ut servos dicas, homines tamen esse memento.* Ita ill. Scaliger & Scriverius quique eos sequuntur, ut Janssoniana Amstelodamensis Editio. Opitius vero in translatione quidem Germanica, ut reliqui omnes, multitudinis exprimit numerum; sed in latino textu suo, qua quidem auctoritate nescio, unitatis s. Singularem, hoc modo:

*Quum famulum fueris proprius mercatus in usus;
Ut servum dicas, hominem tamen esse memento.*

Sine dubio evitare tantum volebat ambiguitatem vocis: *proprius*, quam quis cum altera dictione: *famulos* vel *servos* facile conjunxerit. Sed non tali opus erat

FLOSCULI POETICI.

*Nimium ipse est durus praeter aequumque & bonum :
Et errat longe, mea quidem sententia,
Qui imperium credat gravius esse, aut stabilius,
Vi quod fit, quam illud, quod amicitia adjungitur.*

Reliqua videsis in Saturis flosculorum h. L. Dist. VI.
TERENTIUS, *Adelph. Act. I. v. 39.*

Oderunt peccare boni virtutis amore.
Tu nihil admittes in te formidine poenae :
Sit spes fallendi, miscebis sacra profanis.
Nam de mille fabae modiis quum furripis unum,
Damnum est, non facinus, mihi pacto lenius isto. —
*Vendere quum possis captivum, occidere noli :
Serviet utiliter. Sine pascat durus, aretque :
Naviget ac mediis hyemet mercator in undis :
Annuae profsit, portet frumenta penusque. Et rel.*

HORATIUS, *Libr. I. Ep. XVI. v. 62. & 69.*
Tu lege, fodes, ad fin. usque, Epistoliam.

*Non homo, sed lupus est, quem non clementia tangit,
Qui non alterius miseranda sorte movetur.*
PALINGENIUS, *Sagittarii v. 873.*

*Imperium quale in famulos laudatur herile ?
Quod aequitate temperat vires suas.*
H. GROTIUS, *Sylv. fact.*

erat auxilio. Diu quidem, fateor, pendebam animi, cui, & meo qualicumque suffragio, parti accederem: Nam & speciem quandam prae se fert elegantiae Scaligeranum illud: *Ut servos dicas, homines tamen*; & ipsa vox: *servos* hic maioris esse efficaciae videtur, quam altera: *famulos*. Re tamen vera comperi, eam sive efficaciam dixeris, sive elegantiam, tanti non esse, ut propterea a constanti Codd omnium lectione inque ea proferenda servato verborum ordine, temere nobis foret secedendum. Mancipia enim tum, quum quis mercatur, merito *servos*, nomine veluti generaliori; *famulos* vero dixerit, postquam suam eos in familiam adscivit. Sic naturalis ille ordo manens vel simplicis ope Copulae &, simplicitati huius Auctoris convenientiorem multo verbis integraeque sententiae conciliat elegantiam. Laudo igitur comproboque sequendo, qui totidem nobis praeierunt verbis, Arntzenium & Patissinum novum.

(XLV.)

QUAM PRIMUM RAPIENDA TIBI EST OCCASIO
PRIMA:

NE RURSUS QUAERAS, QUAE JAM NEGLEXERIS
ANTE.




Λύγικα τοῦ πρώτου καιροῦ μελέδαινε λαβέσθαι,
Μὴ πάλι δίξῃαι περ, ἂ πρὶν ὀλίγῳρος ἀφῆκας.

*The first Occasion offer'd, quickly take;
Lest thou look after what thou did'st forsake.*

Ergreif Gelegenheit alsbald und auf der Flucht:
Ist sie einmal hinweg; umsonst wird sie gesucht.

Gryp de Gelegentheit, wanneerze voor u staat:
Als ze eens voorby is, dan begeert gy haar te laat.

*Prenez l'Occasion, dès qu'elle s'est offerte:
Vous la recherchiez en vain, après sa perte.*



VARIANS LECTIO. *Quam primum*, Cod. un. male. Al. *Quamprimum*.
Ne

FLOSCULI POETICI.

Virtus est; ubi OCCASIO admonet, dispicere. Quid facies mihi?
PLAUTUS, Persa. Act. II. Scen. III. v. 16.

Vidi jam juvenem premeret quum serior aetas
 . Moerentem, stultos praeterisse dies.
TIBULLUS, Libr. I. Eleg. IV. v. 29.

O MIHI PRAETERITOS REFERAT SI JUPITER ANNOS!

Sed propera: nec te venturas differ in horas.
 Qui non est hodie, cras minus aptus erit.
OVIDIUS, Libr. I. Remed. Am. v. 93.

Tolle moras: Semper nocuit differre paratis.
LUCANUS, Pharsal. Libr. I. v. 281.

Si quid opus factu, multas ne differ in horas:
 Commoda non repeti, quae fugit hora, potest.
LAUTERBACHIUS.

In minimis etiam vis est: Mora quaelibet, ingens
 Ni videas, praeter spem remoratur opus.
SAMBUCUS, Embl. tit. Nihil negligendum p. 203.

Frustra differtur diversa in tempora, quidquid
 Una eademque potest fieri perniciousa hora.
PALINGENIUS, Aquarii v. 750.

Maxima pars, pecore amisso, praesepia claudit,
 Tumque sapit, quum calva retro Fortuna recessit,
 Et medicum quaerit, quum spes est nulla salutis.
 O miseri, dum tempus adest, cognoscite tempus:
 Nam fugit hora levis, nec scit fugitiva reverti.
IDEM, Sagittar. v. 827.

Submerso frustra stipatur fossa juvenco:
 Sic SERO SAPIUNT, post sua damna, PHRYGES!
Bina PROVERBIA,
 in unum contracta.

Ne prorsus quaeras, quae jam neglexeris, ipse. Alius itid. unic. Cod., recensente
 Arntzen.

(XLVI.)

MORTE REPENTINA NOLI GAUDERE
MALORUM:FELICES OBEUNT, QUORUM SINE CRIMINE
VITA EST.


Αἰφνιδίῳ δειλῶν θανάτῳ μὴ σφόδρ' ἐπίχαιρε·
Εὐτυχέες θνήσκουσι, τῶν βίος ἐστὶν ἀθῶος.

*At sudden Death of ill Men be not glad;
They happy are, whose Life was never bad.*

*Frohlocke nicht / so schnell umkomt / der übel handelt:
So stirbt auch schnell und wohl / wer ohne Tadel wandelt.*

*Verblyd u nimmer, als de boozen schielyk sterven.
Die vroom geleeft heeft, zal gelukkig 't leven derven.*

*Sans vous réjouir trop de la Mort de l'Impie,
Prenez l'heureuse Fin d'une innocente Vie.*



VARIANS LECTIO. Hoc ultimum Verbum Substantiv. Est a quibusdam, vel duobus tantum, abest Codd. Quum igitur, quod felix faultumque sit nobis rei que litterarum, hoc circa Dist. aliquando non lucandum, cum indoctorum mendis atque erroribus; malo tamen quodam fato, doctorum cum Virorum hic pugnandum conjecturis est. Sic Cl. vix dubitat Arntzenius, quin pro *malorum*, scribendum sit hoc loco: *tuorum*. Rationes vide sis apud ipsum: ipse nempe edifieret. Sed, certe, mors repentina ac violenta, qualis erat Julii Caesaris, non ea est *εὐθανασία*, quam ille, *patiens vocari Caesaris ultor*, Augustus toties in ore atque in votis habebat, quoties, teste Suetonio, cito ac nullo cruciatu desupergi posse sibi suisque precabatur; verum ea, quae

FLOSCULI POETICI.

FELIX, qui meruit tranquillam ducere vitam,
Et laetos stabili claudere sine dies.

CORNEL. GALLUS, Eleg. I. pene finita.

FELIX, qui rectum potuit fervare tenorem
Integer, & nullo crimine tactus, obit.

FLORENTII SCHOONHOVI, Emblematum
XXV. v. II.

Optima tunc mors est, cum vita est CRIMINIS EXPERTS:
Mors **FELIX** vitâ cum tibi cara magis.

OWENUS, Ethicor. I. Epigr. XIV.

Non misere quisquam, qui bene vixit, obit.

BUCHANANUS, Epigrammatum Libr. II.
Ep. IX. v. ult.

VERAE EΥΘΑΝΑΣΙΑΣ DESCRIPTIO.

FELIX, quem longae meditantem incommoda vitae,
Regnorumque vices, nec stantem legibus aulam,
Tollit summa dies: fatoque occurrit, & ulro
Eluctantem animam poscenti indulget Olympo.
Non illum ingrato perfudit flumine Lethe,
Nec questus humiles indignosque ore cientem
Nequicquam, ardenti Phlegethon circumstitit amne:
Sed totam pertaesus humum, fortisque malignae
In sese alternis redeuntem fluctibus aestum,
Intactas sceleri sedes, semotaque regna
Fortunae imperiis, nullique obnoxia fato,
Optat & incertis immunem casibus aethram. &c.

DAN. HEINSIUS, in Apothesi JAC.
AUG. THUANI, v. I.

Laetandum est vita: Nullius morte dolendum.
Cur enim eum doleas, a quo dolor ipse recessit?

Supposititium s. ἀπορρηθὲν CATONIS nostri
Dissichon, recens. Arntz.

quae & ipsi deinde contigit, plane diversi. Et si quis vel maxime eo demen-
tiae prolapsus foret, talem ut sibi vitae exitum praeoptaret; an propterea eius
propinqui gaudebunt & amici, votis eum suis potiri? Quid ipsius Caesaris,
quid Uticensis Catonis, quid Pomponii Attici familiares & necessarii? Anne
gavisii sunt? Tali laetitia det meliora DEUS!

Tum porro alius Vir eruditus, Felices infeliciter tollit, inque eundem
locum surrogat: Et tales. Sed demus, posse id alioquin salvo sensu locum
habere; hic, certe, nec habebit, neque tueri poterit. Nam post: noli gaudere
malorum; Et tales obeunt nihil aliud significare potest (testor omnes ego Latina
callentes), quam Es mali, vel: tanquam mali & ipsi obeant, quorum sine crimine
vita est.

(XLVII.)

QUUM TIBI SIT CONJUX; NE RES ET FAMA
LABORET,

VITANDUM DUCAS INIMICUM NOMEN
AMICI.



Εἰ σὺλλεκληρον ἔχεις , ἵνα μὴ σοι τὰ κλέατ' ἔρροι,
Καὶ κλέος ἰσθλὸν ὄλοι', ἀφιλον φίλον αἰὲν ἀλεύου.

*If poor, thou hast a Wife of blemish'd Fame,
Take heed thou dost not bear the Cuckold's Name.*

Wann du beweibet bist / daß Ehe und Gut nicht leiden /
So solt du einen Freund / der allzu freundlich / meiden.

Hebt gy een' Vrou, opdat uw goedt en naam niet lyden,
Zult gy den quaden naam van een Liefhebber myden.

*Du lien conjugal écartez ces maîtresses:
Qui savent à-la-fois vôtre bonheur, vos richesses.*



Laesa Venus iusta arma movet, telumque remittit:
Et, modo quae quæstæ est ipsa, querare facit.
Dum tuit Atrides una contentus, & illa
Casta fuit: vitio est improba facta viri.

OVIDIUS, *Libr. II. Art. am. v. 397.*



VARIANS LECTIO. Et nos ecce, aliquando si non ipsi lectioni, sal-
tim menti lectionis subscribentes Scriverianæ, eamque fortiter propugnanti
Celeberr. Rescriptorum Boxhornio oppositorum Auctori, Henrico Cannegie-
tero! Aut enim omnia me fallunt, aut hæc vera fuit mens Catonis, dis-
suadere filio, uxoris marito, omne cum feminis alienis commercium Idque
adeo, ut si vel maxime, prouti a nobis, retineatur, quod est in plurimis, tum
typis tum manu exaratis Codd. & libris: *intimicum nomen amici*, nullo tamen
alio, quam hoc eodem sensu, nostra id ex sententia, foret accipiendum, quo
Viris supra laudatis placuit: *Amicæ*. Scilicet: Mariti jam nomen, quum tibi
st conjux, tuum est: Hanc in matrimonium duxisti; ne ducas præterea, quo-
cumque nomine, aliam. Inprimis fugias, rotisque viribus vitandum ducas fu-
nestum illud, & cum infamia rei que familiaris detrimento fere semper conjunctum,
sive

FLOSCULI POETICI.

Etenim ipse secum recta reputavit via.

Laudo. *Dum licitum est ei, dumque aetas tulit,*

Amavit: tum id clam: cavet, ne umquam infamiae

Ea res sibi esset, ut virum fortem decet.

Nunc uxore opus est: animum ad uxorem appulit.

TERENTIUS, *Andr. Act. II. Scen. VI. v. 11.*

— Quod antehac fecit, nihil ad me attinet.

Dum tempus ad eam rem tulit, sibi animum ut expleret suum.

Nunc hic dies aliam vitam adfert, alios mores postulat.

EJUSDEM, *Act. I. Scen. II. v. 16.*

Prope adest, quum alieno more vivendum est.

EJUSDEM, *Act. I. Scen. I. v. 125.*

Malus, clandestinus est amor. *Dammum est merum.*

PLAUTUS, *Curcul. Act. I. Scen. I. v. 49.*

Nec tu aliam Venerem atque aliena cubilia quaeras,

Nec te concubitus delectet pellicis: Est nil,

Quo doleat magis, ac vehementius excrucietur,

Quod magis ulcisci cupiat, quam foedera lecti

Instabili temerata fide: tunc ardet & ODIT.

Fallere tunc vellet simili ratione maritum:

Sique potest fallit: bilis tunc maxima fervet:

Tunc furit ut Thias, nimio stimolata Lyaeo.

Crede mihi; rara est quae non sit adultera, quando

Legitimo fraudata toro sua gaudia perdit. —

Labitur in vitium vitio irritata voluntas.

PALINGENIUS, *Leonis v. 617.*

Nil fuerit mi (inquit) cum uxoribus unquam alienis,

Verum est cum mimis, est cum meretricibus: unde

Fama malum gravius, quam res, trahit. An tibi abunde


Personam satis est, non illud quidquid ubique

Officit, evitare: bonam deperdere famam,

Rem patris oblimare? Malum est ubicumque: quid inter.

Est in matrona, ancilla, peccesse rogata?

HORATIUS, *Libr. I. Sat. II. v. 57.*



five amici, five amicae, obsceno sensu, nomen reciprocum; quippe quod, nec sine causa, honestis matribus familias exosissimum est atque inimicissimum. Quem verum postquam omnes sensum rite agnoverint, cum nobis, ut quem omnia probant, intactum deinceps atque inviolatum relinquentes; tum & nos faciles largiemur: suo loco restituendam, pro: amicae, amici vocem, ut quam Codd. urgere videntur: Eodem tamen, quem dedimus, sensu: *Vitandum tibi tale (amicarum) Amici nomen, quatenus est Conjugi inimicum, ne id, summo cum dedecore pariter ac damno tuo, tibi adquiras. Quod si φίλον ἄφελον* in mente habuisset, scripisset sane Noster: *Vitandum ducas Inimicum, nomine Amici.* Dixisset etiam: *Est tibi quum conjux; non vero: Quum tibi sit Conjux;* quod vel solum, antequam sequantur reliqua, totam jam declarat Auctoris mentem.

(XLVIII.)

QUUM TIBI CONTIGERIT STUDIO COGNOSCERE
MULTA,
FAC DISCAS MULTA, ET VITA NESCIRE
DOCERI.



Ἦν ποτε βουλυμαθῆ συμβῆ μελέτη σε γενέσθαι,
Πλείονα μάθαι, ἀνήσασθαι δὲ μάθειν τι παραιτοῦ.

Having learnt much, learn more; and shun as naught
(Above all Things) an Ill-Will to be taught.

Wohnt Kunst und Wiß dir bey / und lernst du / wie wir sollen /
So meid' im lernen auch nichts weiter lernen wollen.


Hebt gy door naarftigheid veel wetenschap verkregen :
Leer nog veel aan, en zyt tot leeren steeds genegen.

Plus vous êtes Savant, plus tâchez d'être babile :
L'Enseigne du Pédant est l'humour indocile.



Impiger extremos curris mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes:
Ne cures ea, quae stulte miraris & optas;
Discere, & audire, & meliori credere non vis.

HORATIUS, *Libr. I. Epist. I. v. 45.*



VARIANS LECTIO. *Quum tibi contingit st. c. m.* Editt. habent vetustae, fide Cl. Arntz. Quaedam aliae: *Quum tibi contingat.* Major diversitas & quae justum fere numerum excedat, versu Distichi est altero: Qui in vulgatis est: *Fac discas multa, & vita nil velle doceri.* In aliis: *& vites nil velle doceri.* Al. habent: *Fac multa ut discas, vites nescire doceri.* It. aliae: *Fac plura ut discas, vites nescire doceri.* Al. contra: *Fac discas multa, vites nescire doceri.* Denique &: *Fac discas multa, vita nescire doceri.* In his omnibus idem tamen sensus manet; sed ultimum omnium laudat. elegit Arntzenius, non ante consultis, ut videtur, auribus poetis, & mutato praeterea sensu in alium: *Fac discas multa, vita nescire doceri.* Cum potius pruritus illum perpetuum docendi tantum alios, a mutua docilitate se junctum; quae labes, nec immerito, litteratorum plurimis ad-

FLOSCULI POETICI.

Iners malorum remedium ignorantia est.

SENECA, *OEdipi* v. 516.

Qui rudis es, *doctis cupias parere magistris:*

Turpiter *impingit, qui monitore caret.*

SAMBUCUS, *Epigramm. tit. Disciplina.* p. m. 339.

Dum potes ingenio florens concedit & aetas,

Ni studeas, juvenis, pauca senecta feret.

IDEM, *Epigr. tit. Studium.* p. 340.

Discere semper ama, dimittas quaerere: Quis fit,

A quo tu discas; fit didicisse satis.

MANCIUS.

Nec didicisse satis tibi fit: nam discere plura

Jam quoque, jam dabitur: *Discere semper ama.* PARODIA.

Si fueris *cupidus discendi, PLURIMA DISCES.*

FUNGERUS.

Ni fueris; fueris, plurima doctus, iners. PARODIA *superioris.*

Ars longa, vita brevis.

Ut solide *sapiat, nulli sua sufficit aetas;*

Mors prius a tergo, quam sapiamus, adest:

OWENUS, *Libr. III. Epigr. CLV. tot.*

Qui sapit, hic sapiat cito: Nam sapientia fera

Proxima stultitiae est, fertque importuna dolorem,

Deplorans frustra grave & irreparabile damnum.

PALINGENIUS, *Sagittarii* v. 340.

Nil lacrymae & gemitus, defuncto corpore, profunt:

Utilis est medicina, suo quae tempore venit. IDEM, *ibid.* v. 831.

FELIX, *qui veras avidus cognoscere causas,*

Sensus assurgit supra, nullumque secutus

Doctorem, praeter lumen Rationis amicum,

Vimque animi, reliquis mortalibus invia tentat

Ipsa loca, explorat rerum caput, atque per omnes

Naturae latebras ire imperterritus audet.

Illum non anceps Regum favor, aut levis aura

Fortunae, miserisque bonis contenta Voluptas

Dimoveant, Veri sanctum ut deponat amorem.

POLINIACUS, *Anti-Lucretii Libro III. v. I.*

adspergitur; hic notare Cato noster suoque filio quam maxime dissuadere videatur.

Libro Sinensium *Ta Hio* f. *Scientia Principum dicto*, fol. 47. & 48. ex Edit. *Compleri*: „Homines Litterati, ait *Cemcius*, *Consueti* discipulus, non debent non „esse amplo magnoque animo, forti item & constanti. Onus quippe seu „munus, quod ipsorum humeris impendet, admodum grave est, & iter „quod decurrendum habent, longinquum. Vera sinceraque Virtus proprium „est ipsorum munus; nonne revera grave? Rursus cum mors supervenit, tum „demum cessat labor, & tanti oneris sustinendi necessitas. Nonne ergo longum est? Nonne diuturnum, quod spatium adaequat totius vitae? Vid. „*Bulfingeri* *Doctrinae Veter. Sinar. Mor. & Pol.* pag. 26,

(XLIX.)

MIRARIS VERBIS NUDIS ME SCRIBERE
VERSUS?HOS BREVITAS SENSUS FECIT CONJUNGERE
BINOS.

Ὅτι συνείρω ἔπη γυμνοῖσι λόγοισι, τέθηπας;
 Ἦγε δὴ εὐσταλίη γνώμης τάδε σὺν δὺ ἔνωσεν.

*Doſt wonder why theſe Verſes are ſo plain?
 The Senſe's Briefneſs makes them go by twain.*

*Was wunder nimt es dich / daß ich ſo kurz hier bin?
 Bey gutem Herzen ſey ein Keim' / als wie ein Sinn.*

*In woorden zonder Kunſt beſtaat myn dicht alleen:
 Des zins beknopteit hecht twee vaerzen dus aan een.*

*Ne vous étonnez point, Cenſeur d'un court Diſtique,
 Qu'on n'y met que du Sens, pour toute Rbétorique.*

Ou :

*J'ai ſuivi dans ces vers la naïve Nature:
 Le nombre en eſt petit ; mais leur morale eſt pure.*

VARIANS LECTIO. *Miraris nudis versus me scribere verbis.* Opitius. *Non satis est, puris versus me scribere verbis.* Arntzenius, sed in Notis tantum & adductum illius Horatiani: *Non satis est puris versus perscribere verbis.* Proprio tamen uterque ausu. Certe sic, eodem plane sensu, a nuda, sive puro terloque ipsorum sermone, Caesaris Commentarii Suetonio recte collaudantur. Haec brevitatis sensus fecit conjungere binos. Est in quibusd. Edit. quod se & probavit Barthio: sed sive haec velis, sive malis: haec, quod Codd. habent.

FLOSCULI POETICI.

QUIDQUID. PRAECIPIES. ESTO. BREVIS. UT. CITO. DICTA.
PERCIPIANT. ANIMI. DOCILES. TENEANT. QUE. FIDELES.

HORATIUS, ART. POETIC. VERSU CCCXXXV.

NEMO. SILENS. PLACUIT. MULTI. BREVITATE. LOQUENDI.

AUSONIUS.

DISTICHA *qui scribit*, puto, *vult* BREVITATE *placere*:
Quid prodest BREVITAS, dic mihi, *si Liber est?*

MARTIALIS, *Libr. VIII. Epigr. XXVIII. tot.*

Ingenium mihi, Gaure, probas sic esse *pusillum*,
Carmina quod faciam, quae BREVITATE *placent*.

Confiteor, sed tu, bis denis grandia libris
Qui scribis Priami praelia, magnus homo es.

IDEM, *Libr. XI. Epigr. L.*

Si non ingenium, certe BREVITATEM *adproba*,
Quae commendari tanto debet justius,
Quanto Poëtae sunt molesti validius.

PHAEDRUS, *Libr. VI. Fab. V. v. 45.*

Nostra tibi BREVITAS *ignavia* forte *videtur*.

Crede mihi, *labor est* non levis, ESSE BREVEM.

OWENUS, *Libr. I. Epigr. CLXVIII. Tu, iodes, lege tot.*

Commendent alii proluxa Polyficha: *Curtum*

Distichon, ut nanus, *me* BREVITATE *juvat*.

Omnibus *in rebus*, non solum *Epigrammate*, LECTOR,
Quodcumque est bellum, dulce, *bonumve*; BREVE *est*.

IDEM, *L. ad Princip. Wall. Epigr. LV. tot.*

Perspicua BREVITATE, nihil magis afficit aures.

4. 3. 2. 1. 5. 6. 4. 1. 5. 2. 3 6. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

In VERBIS, UBI RES postulat, esto BREVIS.

IDEM, *L. ad Car. Eborac. Epigr. XXXI. tit.*
Anagramma triplex.

Sit BREVE, *sit* LEVITER VOLITANS, *sit* ACUMINE DULCI,
His EPIGRAMMA *placet* *dotibus*, instar APIS.

EDITOR.

habent, semper binos inde facies emergere sensus, eosque minime probandos. Ceterum non reperit laud. Arntzenius in posteriore versu responsum, prioris interrogationi satis adcommodatum. Verum, pace illius dixerim: Non puero se praetextato, sed cuicumque suo Lectori, post edita jam in vulgus haecce Carmina, pater excusat Dionysius, brevitate sensus & sententiarum, quae videlicet adhibendis ampullis verbisque sesquipedalibus locum non concesserit. Non enim est Epicum nobis, inquit ille, quod scribo, Carmen; sed sunt breviter de Moribus Disticha: Non est igitur, quod mireris; atque ita porro.

FINIS LIBRI QUARTI.

DIO.

DIONYSII CATONIS

BREVES quas vocant SENTENTIAE,
sive mavis

DISTICHORUM LEMMATA,

Suo quodque loco restituta.



P R A E F A T I O.

Quum animadverterem quam plurimos homines graviter errare in via morum, succurrendum & consulendum eorum opinioni fore existimavi; maxime, ut gloriose viverent, & honorem contingerent. Nunc te, fili carissime, docebo, quo pacto morem animi tui componas. Igitur mea praecepta ita legito, ut intelligas: Legere enim & non intelligere, negligere est. (Sive, ut vult Scaliger, *nec legere est.*)

ΜΕΤΑΦΡΑΣΙΣ ΙΩΣΗΠΟΥ τοῦ ΣΚΑΛΛΑΝΟΥ.

Ἐπισήσας πολλοῖς τῶν ἀνθρώπων, ὡς περὶ τὴν ἡδῶν ἔφοδον δεινῶς σφάλλονται, ἀντιλαμβάνεσθαι αὐτῶν, καὶ προνοεῖσθαι τῆς δόξης αὐτῶν προὔργου ἐποιησάμην, ἵνα ὅτι μάλιστα καὶ σὺν εὐδοξίᾳ διάγοιεν, καὶ τιμῆς ἐπιτύχοιεν. Νῦν γε, φίλτατον τέκνον, διδάξω σε ὅν τρόπον δεῖ σε τὰ τῆς ψυχῆς σου ἡδῆ ρυθμίζειν. Τὰς γοῦν ἐντολάς μου οὕτως ἀνάγνωθι, ὡς τε καὶ συνιέναι αὐτῶν. Τὸ γὰρ τοι ἀναγινώσκειν, καὶ μὴ γινώσκειν, καὶ ἀγινώσκειν ἐστίν.

[Ἐν ταῖς ΠΡΑΞΕΣΙ ΤΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ κεφαλ. ἡ. Τμήμ. λ'. εἶπεν ὁ ΦΙΛΙΠΠΟΣ· Ἄραγε ΓΙΝΩΣΚΕΙΣ & ΑΝΑΓΙΝΩΣΚΕΙΣ;]

The



The P R E F A C E,
With some very short Precepts in Prose.

When I observed very many Men to mistake grossly in point of Manners, I thought we were to help and inform their Judgments, chiefly that they might live gloriously, and attain to Honour. Now, dear Child, I will teach thee how thou mayest order thy Behaviour. Therefore read my Instructions so, as that thou mayest understand them. For to read and not to understand, is to neglect.

Martin Opitzens Uebersetzung.

Nachdem ich innen worden / daß sehr viel Leute in der Art wohl zu leben heftig irreten : Als habe ich für nothwendig erachtet / ihrem Bahne zu helfen und einzurathen / damit sie bevooraus rühulich leben und zu Ehren gelangen mögten. Anjeko / lieber Sohn / will ich dich lehren / worauf du dein Gemüthe wenden (und wie du dein Leben ordentlich einrichten) solst. So liese nun meine Befehle also / daß du sie auch verstehest. Dann lesen und nicht verstehen / ist eben als gar nicht darnach fragen.



D. K A T O O S Zedelessen.

V O O R R E D E N.

Als ik bespeurde dat zeer vele menschen zwaarlyk doolden op den weg der zeden, hebbe ik geoordeelt, dat men hun moest uit den waan helpen en ten besten raden, voornamelyk opdat zy en roemryk leven, en tot eere geraken zouden. Nu zal ik u dan, allerlieffte Zoon, leeren op wat wyze gy de zeden uw's gemoedts en uw leven zult schikken. Lees dan myne Lessen zoo, dat gyze verstaat. Want lezen en niet verstaan, is niet lezen, maar verwaarloozen.

P R E F A C E.

METANT apperçu que la plûpart des hommes s'égarrent dans la conduite de leurs mœurs, j'ai cru, pour les tirer d'erreur, être obligé de leur procurer par mes conseils une vie honnête & honorable: C'est-ce qui m'engage, mon cher Fils, à te prescrire dans ces vers les moyens de regler la tienne. Lis-les donc de maniere, que tu puisses les entendre; car c'est avoir pour ce qu'on lit bien peu d'estime, que d'en negligier l'intelligence.

LECTO-



LECTORI ΦΙΛΟΚΑΤΩΝΙ

S. D.

EDITOR.

Consuetudinibus in eo Virorum doctissimis, breves illas *DIONYSII CATONIS* nostri, quas vocant alii, *Sententias* fuisse olim *DISTICHORUM LEMMATA*, tituli instar iis praefixa singulis; quorum tamen plura alia esse deperdita, & eorundem, quae supersunt nobis, ordo nimium quantum turbatus, nec aequalis Distichorum numero arguit numerus: suis illa nos restituere primi Distichis conati sumus, ea ut res evidentior extraque dubitationis aleam posita esse adpareret. Servato tamen *Lemmasum*, quae diximus, eodem ordinis nexusque numero, qui & in aliarum plurimis, & nuperrime adhuc in Editione obtinuit Arntzeniana. Id quod nobis, *Lector*, antea monendus fueras.

Itaque

Lemma I. DEO SUPPLICA. Titulus est*Libri I. Distichique I.*

Si Deus est animus, nobis ut carmina dicunt,
 Hic tibi praecipue sit pura mente colendus.

Conf. & Libr. IV. Dist. XXXVIII.

II. PARENTES AMA.

Libri III. Distich. XXV.

Aequa diligit caros pietate Parentes;
 Nec matrem offendas, dum vis bonus esse Parenti.

III. COGNATOS COLE.

Libri I. Distich. XXXVI.

Litem inferre cave, cum quo tibi gratia juncta est:
 Ira odium generat; concordia nutrit amorem.

IV. MAGISTRUM METUE.

Libri IV. Distich. VI.

Verbera quum tuleris discens aliquando Magistri,
 Fer Patris imperium, quum verbis exit in iram,

V. DATUM SERVA.

Libri III. Distich. IX.

Quod tibi fors dederit tabulis suprema notato;
 Augendo serva, ne sis, quem fama loquatur,

Lemma I. ex Versione

| | |
|---------------|----------------------------|
| Scaligerana : | Θεῷ εὐχου. |
| Anglica : | <i>Humbly pray to God.</i> |
| Opitiana : | Ruffe GOTT an. |
| Belgica : | Bid God. |
| Gallica : | <i>Adorez Dieu.</i> |

Lemma II.

| | |
|-----------------|--|
| Scal. & Planud. | Γονέας ἀγάπα.
<i>Love thy Parents.</i>
liebe die Eltern,
Bemin uwe Ouders.
<i>Aimez Pere & Mere.</i> |
|-----------------|--|

Lemma III.

| | |
|-----------|---|
| Scaliger. | Τοὺς συγγενεῖς τίμα.
<i>Respect thy Kinsfolks.</i>
Ehre die Verwandten.
Eer uwe Nabestaanden.
<i>Honorez vos Proches.</i> |
|-----------|---|

Lemma IV.

| | |
|---------------|---|
| Plan. & Scal. | Τὸν καθηγητὴν δέδιδι.
<i>Stand in fear of thy Master.</i>
Fürchte den Lehrmeister.
Vrees uw' Meester.
<i>Craignez votre Maître.</i> |
|---------------|---|

Lemma V.

| | |
|---------|--|
| Scalig. | Τὸ δοθὲν τίπει.
<i>Keep that which is committed to thy Trust.</i>
Was dir gegeben wird / das hebe auf.
Bewaar het geene u is toevertrouwt.
<i>Conservez ce que vous avez reçu.</i> |
|---------|--|

VI. FOROPARE.

VARIANS LECTIO. *Foro te para.* Quam & Erasmus, & ante ipsum, Planudes, secuti sunt, ita tamen, ut prior horum nec meliorem rejecerit, ignotam plane, ut videtur, alteri.

Libri II. Distich. V.

Fac sumtum propere, quum res desiderat ipsa:
Dandum etenim est aliquid, quum tempus postulat aut res.

VII. CUM BONIS AMBULA.

[Ne sis & ipse coercendus propter nequitiam Sodalium.]

Libri I. Distich. XXII. & Libri IV. Distich. XIV.

Si tibi pro meritis nemo respondet amicus,
Inculcare Deum noli; sed te ipse coërce.
Non tibi fortuna est hominis, sed vita, petenda.

VIII. ANTEQUAM VOCERIS AD CONSILIUM,
NE ACCESSERIS.

Libri II. Distich. II. & XII.

Mitte arcana Dei, coelumque inquirere quid sit:
Quum sis mortalis, quae sunt mortalia, cures.
Quid Deus intendat, noli perquirere forte:
Quid statuatur de te, sine te deliberat Ipse.

IX. MUNDUS ESTO.

Libri II. Distich. VI. & XIII.

Quod nimium est fugito. Parvo gaudere memento.
Tuta magis est puppis, modico quae flumine fertur.
Invidiam nimio cultu, vitare memento:
Quae si non laedit; tamen hanc sufferre molestum est.

Lemma VI.

Scalig.

Τοῖς ἀγοραίοις νόμοις ἔπου.
Fit thyself for the pleading place.

Or:

Fit thyself to the present Occasion.
Nichte dich nach dem Marckte.
Gehoorzaam de Rechtbank.
Conformez-vous aux Reglemens de Police.

Lemma VII.

Scal. post Planud.

Ἀγαθοῖς ὀμίλει.
Keep Company with good Men.
Gehe mit guten Leuten um.
Gaat om met Vromen.
Fréquentez les bonnêtes-gens.

Lemma VIII.

Plan. & Scal.

Μὴ πρότερον εἰς βουλὴν παρέλθῃς, πρὶν ἂν
κληθεῖς.
Come not to the Council before thou art called.
Komm zu keinem Rathschlage / ehe du darzu erfor-
dert wirst.
Komt niet in den Raad, voor dat gy'er
toe geroepen wort.
N'allez point au Conseil, sans y être appelé.

Lemma IX.

Plan. & Scal.

Καθάριος ἴδι.
Be cleanly.
Sei reinlich. (Ohne Pracht und Uebermuth.)
Zyt zinnelyk, zonder Overdaad.

Of:

Zyt puntig.
Aimez la propreté. (Sans Affectation de
Magnificence.)

X. SALUTA LIBENTER.

Libri I. Distich. XXXV. v. 2.

His etenim rebus conjungit gratia caros.

XI. MAJORI CEDE.

VARIANS LECTIO. *Maiori concede.**Libri II. Dist. X. & Libri IV. Dist. XXXIX.*Cui scieris non esse parem te, tempore cede. *Et:*
Cede locum laesus Fortuna: Cede Potenti.

XII. MINORI PARCE.

*Libri I. Dist. XXXVIII. & Libri IV. Dist. XLIV.*Quem superare potes, interdum vince ferendo. *Et:*
Ut famulos dicas; homines tamen esse memento.*Conf. porro Lemma XIV.*

XIII. REM TUAM CUSTODI:

*Libri I. Dist. XXIV. & XXXIX. it. Libri II. Dist. XVII.*Ne tibi quid desit, quaesitis utere parce. *&c.*
Conserua potius, quae jam sunt parta labore. *At:*
Labitur exiguo, quod partum est, tempore longo.

XIV. VERECUNDIAM SERVA.

*Libri II. Dist. VII. & Libri III. Dist. IV. v. 1.*Quod pudeat, prudens socios celare memento. *Et:*
Productus testis, salvo tamen ante pudore,
Quantumcumque potes, celato crimen amici.

Lemma X.

Scalig. Ἀσπαστικός ἴσθι.
Salute willingly.
 Grütze gerne.
 Groet gaarne.
 Saluëz volontiers.

Lemma XI.

Scalig. Τῷ κρείττονι (Planud. μείζονι) ὑπεξίστασο.
Give place to thy Better.
 Weidhe dem Größern.
 Wyk voor uw' meerder.
 Cédez à vôtre supérieur.

Lemma XII.

Scalig. Τοῦ ὑποδεετέρου Φείδου.
Spare thine Inferior.
 Schone des Kleineren.
 Ontzie uw' minder.
 Soïez humain envers vôtre inférieur.

Lemma XIII.

Scalig. Τὰ ὑπάρχοντα τήρει.
Keep thine Estate.
 Gib adyt auf das deine.
 Bewaar uw middelen.
 Soïez ménager.

Lemma XIV.

Scal. & Plan. Τὴν αἰδῶ φύλαττε.
Preserve Modesty.
 Halte Schamhaftigkeit.
 Behouw Schaamte.
Ne bleffez jamais la Pudeur.

XV. DILIGENTIAM ADHIBE.

Libri III. Distich. VI. & Libri IV. Dist. XXI.

Segnitiam fugito, quae vitae ignavia fertur:
 Nam quum animus languet, consumit inertia corpus.
 Ut cura ingenium, sic & manus adjuvat usum.

XVI. LIBROS LEGE.

Libri III. Distich. XIX. & Libri IV. Distich. XXIII.

Multa legas facito: perlectis, negliges multa:
 Nam miranda canunt, sed non credenda, Poetae.
 Disce, sed a doctis &c.

XVII. QUAE LEGERIS, MEMENTO.

Libri IV. Dist. XIX. XXI. XXVII. & XLVIII.

Exerce studium, quamvis perceperis artem.
 Ars remanet, vitamque hominis non deserit umquam.
 Discere ne cessa: Cura sapientia crescit.
 Fac discas multa, & vita nescire doceri.

XVIII. FAMILIAM CURA.

[Evitando binas Syrtis: hinc Luxum; illinc Avaritiam.]

Libri I. Distich. XXIX & Libri III Distich. XII & XXI.

Quod vile est, carum: quod carum est, vile putato:
 Sic tibi nec cupidus, nec avarus nosceris ulli. *It.*
 Utere quaesitis, sed ne videaris abuti;
 Fac, vivas contentus eo, quod tempora praebent.

XIX. BLANDUS ESTO.

Libri I. Distich. XXV. XXVI. & XXVII.

Ne sis ventosus, dum vis urbanus haberi.
 Fistula dulce canit, volucrem dum decipit auceps.
 Tu quoque fac simile: Sic ars deluditur arte.

Lemma XV.

Scalig. Ἐπιμέλειαν παρέχε.
Use diligence.
 Was du thust / thue mit Fleiß.
 Zyt naarstig.
 Soïez diligent.

Lemma XVI.

Scalig. Τὰς βίβλους ἀνάγνωθι.
Read Books.
 liese (gute) Bücher.
 Lees Boeken.
Aimez la lecture.

Lemma XVII.

Scalig. Τῶν ἀνεγνωσμένων μέμνησο.
Remember those which thou hast read.
 Was du gelesen hast / das behalt.
 Onthouw het gene gy gelezen hebt.
Retenez ce que vous avez lu.

Lemma XVIII.

Scalig. Τῆς ἰδίας οἰκίας προσάτει.
Have a care of thine Household.
 Besorge dein Haußwesen.
 Bezorg uw Huishouden.
Gouvernez bien vôtre Famille.

Lemma XIX.

Scalig. Αἰμόλιος ἴσθι.
Be courteous.
 Sey freundlich.
 Zyt vrindelyk.
Soïez affable.

XX. IRASCI AB RE NOLI.

L. I. D. X. L. II. D. IV. XI. L. IV. D. XXX. & XXXIV.

Contra verbosos noli contendere verbis.

Lis minimis verbis interdum maxima crescit.

Iratus, de re incerta contendere noli.

Quod blandum est animo complectere; sed fuge lites.

Semper enim Deus injustas ulciscitur iras.

XXI. NEMINEM IRRISERIS.

VARIANS LECTIO. *Neminem riseris.**Libri III. Dist. VIII. & Libri IV. Dist. XVIII.*

Quum sapias animo, noli ridere senectam:

Exemplo simili, ne te derideat alter.

XXII. MUTUUM DATO.

VARIANS LECTIO. *Da mutuum.**Libri I. Distich. XXXV. & XL.*

Dapilis interdum Notis & carus Amicis,

Ne dubita, cum magna petas, impendere parva.

XXIII. CUI DES VIDETO.

Scriber. aliique ex duobus unum fecere.

Libri I. Distich. XL. & Libri III. Distich. X.

Munificus facito vivas, non parcus, Amicis:

Si fueris felix (*Scal. dando.*) Semper tibi proximus esto.

XXIV. IN JUDICIUM ADESTO.

VARIANS LECTIO. *In judicio adesto. Erasim. Al. Judicio ad-fo.**Libri II. Distich. VIII. & Libri III. Distich. IV.*

Productus testis, salvo tamen ante pudore,

Quantumcumque potes, celato crimen Amici.

Temporibus peccata latent; sed tempore parent.

XXV. AD PRAETORIUM STATO.

Libri II. Distich. XIV. & Libri III. Distich. XVII.

Judicis auxilium, sub iniqua lege, rogato.

Esto animo forti, quum sis damnatus inique.

Lemma XX.

Planud. cum Scal. Μὴ ὀργίζου ἀναίτιως.
Be not angry without a Cause.
 Erzürne dich nicht ohne Ursach.
 Wil niet toornig worden zonder oorzaak.
Ne vous fâchez sans raison.

Lemma XXI.

Scalig. Μηδένα χλεύαζε.
Mock no body.
 êad'e keinen auß.
 Belach niemand.
Ne vous moquez de personne.

Lemma XXII. & XXIII.

Scalig. Δάνειον ἐπίδοσθι. Ὅτῳ ἐπιδῶς σκόπει.
*Lend a thing : (but) See to whom thou
 lendest it.*
 leih'e gerne. (Nur) Schaue zu welchem du
 verlehhest.
 Geef te leen. Zie aan wien gy geeft.
Prêtez volontiers. Voyez, à qui vous prêtez.

Lemma XXIV.

Scalig. Εἰς τὴν δίκην ἀπάντα.
Be by in Judgment.
 Erscheine vor Gerichte.
 Verschyn ter recht.
Fréquentez le Barreau.

Lemma XXV.

Scalig. Τῷ Πραιτωρίῳ ἐμφάνισον ἑαυτόν.
Stand by the Judgment Seat.
 Gestelle dich vor dem Rathstuhl.
 Stel u voor 't Rechthuis.
Respectez les tribunaux.

XXVI. CONVIVARE RARO.

VARIANS LECTIO. *Raro convivare.* Al. *Conviva it. al. Convivia raro.*

Libri I. Dist. XL. Libri III. Dist. XX. & IV. Dist. X.

Dapfilis interdum notis & charus Amicis,
Quum fueris felix, semper tibi proximus esto.
Inter convivas fac, sis sermone modestus.
Indulgere gulae noli, quae ventris amica est.

XXVII. QUOD SATIS EST, DORMI.

Libri I. Distich. II.

Plus vigila semper, nec somno deditus esto:
Nam diuturna quies vitiiis alimenta ministrat.

XXVIII. JUS JURANDUM (paci) SERVA.

Libri II. Distich. XV.

Litis praeteritae noli maledicta referre:
Post inimicitias iram meminisse, malorum est.
Huc refer &: Libri I. Dist. XXV. v. 1.
Quod praestare potes, ne bis promiseris ulli.

XXIX. VINO TE TEMPERA.

VARIANS LECTIO. *Vino tempera.*

L. II. D. XXI. XXVIII. & XXX. it. L. IV. D. XXIV.

Fortior ut valeas interdum parcior esto.
Hoc bibe, quo possis, si tu vis, vivere sanus.
Tempora ne culpes, quum sis tibi causa doloris:
Nam crimen nullum vini est, sed culpa bibentis.

XXX. PUGNA PRO PATRIA.

Comparentur cum Horatianis verbis *Libr. III. Od. II. v. 13.*
Dulc. & dec. est *pro Patria mori: Mors & fugac. pericqu. virum.*

Lib. I. Dist. XXII. & Lib. II. Dist. III. & XXIX.

Qui mortem metuit, quod vivit, perdit id ipsum,
Linque metum leti &c. *Et:*
Fac tibi proponas mortem non esse timendam. *It.*
Judicium populi nunquam contemseris unus.

Lemma XXVI.

Plan. & Scal. Σπανιάκις συμποσίαζε.
Make Feasts seldom.
 Halte selten Gasterey.
 Houw zelden gasten.
Ne donnez pas trop-souvent des Festins.

Lemma XXVII.

Scalig. Τὸ ἀποχρῶν κάθευδε.
Sleep as much as may suffice Nature.
 Schlauff nicht mehr / als du von nöthen hast.
 Slaap dat het genoeg is.
Ne jüiez pas Dormeur.

Lemma XXVIII.

Scalig. Ὅρκον ῥῆπει.
Keep thine Oath.
 Was du geschworen hast / das halte.
 Houw uw' Eed.
Gardez vôtre Serment.

Lemma XXIX.

Scalig. Οἰνοφλυγίας ἀπέχου.
Refrain thyself from Wine.
 Mäßige dich im Weine.
 Matig u van Wyn.
Usez de peu de Vin.

Lemma XXX.

Scalig. Τῆς πατρίδος ὑπερμάχου.
Fight for thy Country.
 Streite für das Vaterland (biß in den Tod.)
 Vecht voor 't Vaderland.
Servez vôtre Patrie.

XXXI. NIHIL TEMERE CREDIDERIS.

Libri I. Distich. XIII. & Libri II. Distich. XX.
 Rem tibi promissam certo promittere noli. Rara fides &c.
 Noli tu quaedam referenti credere semper:
 Exigua his tribuenda fides, qui multa loquuntur. *Es:*
 Nil temere uxori de servis crede querenti.
Libr. I. Dist. VIII.

XXXII. TUTE CONSULE.

VARIANS LECTIO. *Tuto consule.*

Lib. I. Dist. VI. & Lib. II. Dist. XXIV. XXVI. & XXVII.
 Quod sequitur, specta: quodque imminet, ante videto:
 Nam levis laedit, quidquid praevimus ante.
 Quae nocitura tenes, quamvis sint chara, relinque:
 Rem, tibi quam nosces aptam, dimittere noli.

XXXIII. MERETRICEM FUGE.

VARIANS LECTIO. *Meretrices fuge.*

Libri IV. Distich. XVII. & XLVII.
 Si famam servare cupis, dum vivis, honestam,
 Fac fugias animo, quae sunt mala, gaudia vitae.
 Quum tibi sit Conjux, ne res & fama laboret,
 Vitandum ducas inimicum nomen *Amicae.*

XXXIV. LITTERAS DISCE.

VARIANS LECTIO. *Disce Litteras.*

L. III. D. I. & L. IV. D. XXIII. XXVII. & XLVIII.
 Quum tibi contigerit studio cognoscere multa,
 Discere ne cesses. Cura Sapiencia crescit.
 Propaganda etenim rerum doctrina bonarum:
 Nam sine doctrina vita est quali mortis imago.

XXXV. NIHIL MENTIRE.

Libri I. Distich. III. & XII.

Rumores fuge, ne incipias novus auctor haberi.
 Virtutem primam esse puta, compescere linguam:
 Nam nulli tacuisse nocet; nocet esse locutum.

Lemma XXXI.

- Scalig. • Μηδὲν ὠροπετῶς πίστευε.
Believe nothing rashly.
 Glaube nicht zu geschwinde.
 Geloof niets lichtvaardiglyk.
Ne soyez pas credule.

Lemma XXXII.

- Scalig. Συμβουλεύου σαυτῶ.
Take Counsel of thyself: or take safe Advise.
 Nimm dich selbst zu rathe.
 Pleeg raad met u zelven.
Prenez vous-même v6tre parti.

Lemma XXXIII.

- Scal. & Plan. Ἐταίρας Φῶγε.
Avoid a Whore.
 Fleuch die Hure.
 Schuw Hoeren.
Fuiez la prostituée.

Lemma XXXIV.

- Scalig. Γράμματα μάνθανε.
Attend Learning.
 Erlerne gute Künste.
 Leer Wetenschap en Talen.
Aimez les Belles-Lettres.

Lemma XXXV.

- Scalig. Μη ψεύδου.
Lye not.
 Zeug nicht.
 Lieg niet.
Ne mentez point.

XXXVI. BONIS BENEFACITO.

VARIANS LECTIO. *Bono b. f.**Libri I. Distich. XI. & Libri III. Distich. X.*

Quum tibi divitiae superant, in fine feneſtae,
Sic bonus esto bonis, ne te mala, damna sequantur.

XXXVII. MALEDICUS NE ESTO.

Libri I. Distich. V. & XVI.

Si vitam inspicias hominum, si denique mores, &c.
Fac tibi succurrant juvenis, quae feceris ipse.

XXXVIII. EXISTIMATIONEM RETINE.

Lib. II. Dist. XIX. Conf. quae sub Lemmate XXXIII,

Luxuriam fugito, simul & vitare memento
Crimen avaritiae: Nam sunt contraria Famae.

XXXIX. AEQUUM JUDICA.

Lib. I. Dist. XIV. & XXXII. it. Lib. IV. Dist. XL.

Cognita Judicio constant; incognita Casu.
Quum te aliquis laudat, Judex tuus esse memento.
Quum quid peccaris, castiga te ipse subinde.
Quumque reus tibi sis, ipsum, te Judice, damna.

Libri III. Dist. XVIII.

XL. PARENTES PATIENTIA VINCE.

VARIANS LECTIO. *Patienter vince. It. Parentem.**Libri I. Dist. XXI. & XXXVIII. & Lib. IV. Dist. VI.*

Fer Patris imperium, quum verbis exit in iram. *Et:*
Infantem nudum quum te natura creavit;
Paupertatis onus patienter ferre memento.

Et denique: -Vince ferendo:

Maxima enim morum semper Patientia Virtus,

Lemma XXXVI.

Scalig. Τοὺς ἀγαθοὺς εὐποιοῦ. (ΝΟΗ: εὖ ποιοῦ. Ut
quidam male.)
Do good to good Men.
Guten Leuten thue guts.
Doe wel aan Vromen.
Faites du bien aux Bons.

Lemma XXXVII.

Scalig. Μὴ κακολόγει. Vel: Κακήγορος μὴ ἴσθι.
Be not a Railer.
Een nicht verfeumberifch.
Zyt niet quaatfprekend.
Ne foïez point médisant.

Lemma XXXVIII.

Scalig. Τὴν ἐπιτιμίαν κράτει.
Keep thy Reputation.
Halt über deinen guten Namen.
Behouw uw' aanzien.
Conservez vôtre réputation.

Lemma XXXIX.

Scal. post Planud. Τὰ δίκαια κρίνε.
Judge according to Right.
Nichte nach dem/ was billich ift.
Oordeel rechtvaardiglyk.
Jugez équitablement.

Lemma XL.

Scalig. Τοὺς τοκέας ὑπομονῇ νίκα.
Win thy Parents by Forbearance.
Ueberwinde die Eltern mit Gedult.
Verwin uw' Ouders met Lydzaamheid.
Souffrez tout de vos Pere & Mere.

XLI. BENEFICII ACCEPTI MEMOR ESTO.

VARIANS LECTIO. *Acc. benef. m. e. It. esto memo.**Libri I. Distich. XV. & XX. it. Libri IV. Distich. XLII.*

Officium alterius multis narrare memento.

Gratior officiis, quo sis mage charior, esto:

Ne nomen subeas, quod dicitur, officiperdi;

Accipito placide, plene & laudare memento.

XLII. MISERUM NOLI IRRIDERE.

VARIANS LECTIO. *M. n. ridere. It. M. ne irriseris.**Libri III. Distich. XI.*

Utile consilium, dominus, ne despice servi:

Nullius sensum, si prodest, temseris unquam.

Conf. Lemm. XXI.

XLIII. CONSULTUS ESTO.

Libri I. Distich. IV. & IX. it. Libri II. Distich. I.

Sperne repugnando tibi tu contrarius esse.

Quumque mones aliquem, nec se velit ille moneri;

Si potes, ignotis etiam prodesse memento:

Utilius regno, meritis adquirere amicos.

XLIV. UTERE VIRTUTE.

VARIANS LECTIO. *Virtute utere. Al. Utere tua Virtute.**L. I. D. VII. L. II. D. XXV, L. III. D. II. & III. it. XII.*

Rebus in adversis animum submittere noli.

Constans & lenis, sic ut res postulat esto.

Fac, vivas contentus eo, quod tempora praebent.

Non opibus bona fama datur; sed moribus ipsis.

Quum recte vivas, ne cures verba malorum.

XLV. IRACUNDIAM TEMPERA.

VARIANS LECTIO. *Addunt quidam: & rege. Al. vel rege.**Lib. I. Dist. XXXVI. & XXXVII. it. Lib. II. Dist. IV.*

Ira odium generat: Concordia nutrit amorem.

Impedit ira animum, ne possit cernere verum.

Servorum culpis quum te dolor urget in iram,

Ipsis tibi moderare, tuis ut parcere possis.

Conf. buc & Lemm. XII.

Lemma XLI.

Scal. Ἦς ἐτυχες εὐργεσίας μνημόνευσον.
Remember a Courtesy received.
 Sey ingedenck ontvangener Welthat.
 Zyt een verkregene weldaad gedächtig.
Soïez reconnoissant.

Lemma XLII.

Scal. Τὸν ἀθλιον μὴ χλεύαζε.
Laugh not at a Man in Misery.
 Einen Elenden laß unaußgelacht.
 Wil geen ellendige belachen.
N'insultez point aux misérables.

Lemma XLIII.

Scal. Ἐμφρων ἴδι. Plan: Σύμβουλος ἴδι.
Be advised.
 Sey nachgedencklich (um guten Rath zu ertheilen.)
 Zyt beraden.
Soïez avisé, Et: bon Conseiller.

Lemma XLIV.

Plan. cum Scal. Ἀπερῆ χρῶ.
Use Virtue.
 Gebrauche dich der Tugend.
 Gebruik deugd.
Agissez toujours avec probité. Ou: Mettez en usage les verités connues.

Lemma XLV.

Scal. Ουμοῦ κράτει.
Moderate thine Anger.
 Wißsige heinen Zorn.
 Matig uw' gramsteurigheid.
Moderéz la Colère.

XLVI. TROCHOLUDE.

VARIANS LECTIO. *Lude Trocho.**Libri II. Distich. XVIII. & Libri III. Distich. VII.*

Interpone tuis interdum gaudia curis.

Insipiens esto, quum tempus postulat, aut res:

Stultitiam simulare loco, prudentia summa est.

XLVII. ALEAM FUGE.

VARIANS LECTIO. *Aleas fuge.* Quid. *Aleas fuga.* Vid. Arntzen. Nos eo sensu accepimus, qui est in verbis Horatii: *Periculosae plenum opus ALEAE.* Non ignari, Stoicos aliosque Philosophos saepius in proprium, in Gnomis praecipue, adfectasse loquendi morem.*Libri I. Distich. XVIII. XXXII. & XXXIII.*

Quum dubia in certis versetur vita periculis,

Non eodem cursu respondent ultima primis.

Ignotum tibi tu noli praeponere notis.

Cognita iudicio constant, incognita casu.

XLVIII. NIHIL ABRITRIO VIRIUM FECERIS.

VARIANS LECTIO. *Nihil ex arbitrio v. f.* Al. *Nihil arbitrii v. f.**Libri I. Distich. XXXIV. & Libri III. Distich. XV.*

Vincere quum possis, interdum cede sodali.

Succumbat labor & frustra tentata relinquant.

Quod potes id tenta: nam, litus carpere remis,

Tutius est multo, quam velum tendere in altum.

Libri IV. D. XXXIII.

XLIX. MINOREM NE CONTEMSE- RIS.

VARIANS LECTIO. *Minorem te n. c.* Al. *non contempseris.**Libri II. Distich. IX. & Libri IV. Distich. XLIV.*

Corporis exigui vires contemnere noli:

Consilio pollet, cui vim natura negavit.

Ut servos dicas, homines tamen. &c.

L. ALIENA CONCUPISCERE NOLI.

VARIANS LECTIO. *Alienum noli concupisci.* Al. *Aliena n. e.**Libri I. Distich. XIX.*

Quum dubia & fragilis sit nobis vita tributa;

In morte alterius spem tu tibi ponere noli.

Lemma XLVI.

Scal. Τροχῶ παίζε.
Play with a Top.
 Mit dem Reiffen magst du spielen.
 Speel met de tol (hoep.)
Aimez les jeux d'Exercice.

Lemma XLVII.

Scal. Κοτλισμοῦ ἀπέχου.
Avoid Dice.
 Fleuch das Brettspiel.
 Schuw den Dobbelsteen.
Fuiez (les Jeux de bazard) le Dé.

Lemma XLVIII.

Scal. Μηδὲν τῆ τῆς ἰσχύος κυβεῖα ἐπιτρέψον.
Do nothing according to the Opinion of thy strength.
 Thue nichts aus Geheiß deiner Kräfte.
 Doe niets uit al te grote achting uwer krachten.
Ne vous confiez pas en vos forces.

Lemma XLIX.

Scal. Τὸν ὑποδεέστερόν σου μὴ ἐκφαύλιζε.
Disdain not a meaner Man than thyself.
 Verachte denjenigen nicht / der kleiner / als du / ist.
 Veracht uw' minder niet.
Ne méprisez pas vos inférieurs.

Lemma L.

Plan. & Scal. Ἄλλοτριῶν μὴ ἐπιθύμει.
Do not covet other Men's Goods.
 Was nicht dein ist / das begehre nicht.
 Wil eens anders goed niet begeeren.
Ne désirez pas le bien d'autrui.

LI. CONJUGEM AMA.

Libri III. Distich. XXIV. & Libri IV. Distich. XLVII.

Uxoris linguam, si frugi est, ferre memento.
 Namque malum est: non velle pati nec posse tacere.
 Quum tibi sit Conjux, inimicum nomen Amici.

Conf. etiam huic Lemma XXXIII.

LII. LIBEROS ERUDI.

Libri I. Distich. XXVIII.

Quum tibi sint nati, nec opes; tunc artibus illos
 Instrue, quo possint inopem defendere vitam.

Huc pertinet &: Indoctos ipse doceto:

Propaganda etenim rerum doctrina bonarum.

Ex Libr. IV. Dist. XXIII.

LIII. PATERE LEGEM, QUAM IPSE TULERIS.

*VARIANS LECTIO. P. l. quam tu ipse tul.**Libri I. Distich. IV. & XXX. & Libri IV. Distich. XXV.*

Sperne repugnando tibi tu contrarius esse.

Quae culpae soles, ea tu ne feceris ipse.

Turpe est doctori, quum culpa redarguit ipsum.

Laudaris quodcumque palam, quodcumque probaris,

Hoc vide ne rursus, levitatis crimine, damnes.

LIV. PAUCA IN CONVIVIO LOQUERE.

L. II. Dist. XVI. & L. III. Dist. XX. coll. L. IV. Dist. XXX.

Inter convivas fac sis sermone modestus,

Ne dicare loquax, dum vis urbanus haberi.

Ne te collaudes, nec te culpaveris ipse.

Quod blandum est animo complectere, sed fuge lites.

LV. ILLUD STUDE AGERE, QUOD JUSTUM EST.

VARIANS LECTIO. St. a. q. j. e. Al. Ill. β. q. j. e. It. al. Q. j. e. age.

Ipsae etiam Leges cupiunt, ut jure regantur.

Quod justum est petito, vel quod videatur honestum,

Quod nosti haud recte factum, nolito silere;

Ne videre malos imitari velle tacendo,

Lemma LI.

- Scalig. Τὴν γαμετὴν (Plan. σύνοικον) σέργε.
Love thy Wife.
 Habe dein Weib lieb.
 Heb uw' Echtgenoot lief.
Aimez (tendrement) votre (Moitié) Epouse.

Lemma LII.

- Scalig. Τὰ τέκνα παιδεύου.
Instruct thy Children.
 Unterweise deine Kinder.
 Onderwys uw Kinderen.
Enseignez vos Enfants.

Lemma LIII.

- Scalig. Νόμον ὑφίστασο ὃν αὐτὸς ἔθηκεας.
*Admit the same Condition which thou offerest
 to others. Or : Endure the Law which
 thyself shalt make.*
 Erleide das Gesetz / das du selbst gemacht hast.
 Lyd de Wet, die gy zelf zult gemaakt
 hebben.
Observez vos propres Loix.

Lemma LIV.

- Scalig. Ὅλιγα ἐν συμπόσιῳ λάλει.
Speak little at the Table.
 Bey Gasterey rede wenig.
 Spreek weinig op een gastmaal.
Parlez peu à table.

Lemma LV.

- Scalig. Ὅ, τι δίκαιόν ἐστι, ποιήσον.
Affect that which is just.
 Bestreife dich zu thun / was billig ist.
 Beyver dat gene te doen, 't welk recht-
 vaardig is.
Efforcez-vous d'agir en tout avec équité.

LVL LIBENTER FERTO AMOREM.

VARIANS LECTIO. *Amorem lib. f. Al. Amorem f. Conjectura*
Viri D. referto.

Libri I. Distich. XX.

**Exiguum munus quum dat tibi pauper Amicus;
Accipito placide, plene & laudare memento.**

Ceteris sua Distichis desunt Lemmata : Aut si quis sub
hac eadem referre potest, referat sane. Ita v. g.
Lemma XLIV. plurima reciperet alia. Nos non nisi
ea selegimus, quae veluti sua sponte & nullo ferme
labore sollicitata, sub ista titulorum conspirarunt In-
signia.



Lemma LVI.

Scalig.

Τὸν ἔρωτα εὖ διέμνη.

*Bear Love contentedly. Or: Be not angry be-
cause Men love you.*

Die Liebe erdulde gern.

Verdraag gaarne Liefde.

Souffrez qu'on vous aime.

**FINIS LEMMATUM, sive brevium CATONIS
SENTENTIARUM.**



Eadem omnia, cum Praefatiuncula iis praemissa,
Graeco reddita, eoque incomparabili Carmine,
ab eodem, qui & soluto sermone transtulit,
illustri JOS. JUSTO SCALIGERO.

- ΦΡΑΣΑΪΜΕΝΟΣ πλείστους ἀνθρώπων, ὡς περὶ Θεσμούς
Ἦθῶν πλάζονται, προναεῖσθαι τῶν δὲ μάλισα
Ἄξιον αἰσάμην, καὶ λήματος ἀντιλαβέσθαι,
Ἄφρα καλῶς ζώωσι, καὶ εὐκλεῆς εὐχος ἄρωνται.
Δεῦρ' ἄγε, τέκνον ἐμοὶ κεχαρισμένον, ὡς σε διδάξω
Πῶς δεῖ ρυθμίζοντα τεοῦ νοός ἡθεα κοσμεῖν.
Τάς δ' οὖν ἐντολίας ἀνάγνωθι, γνῶθι τ' ἀναγνοῦς.
Ἦν γὰρ ἀνέγνω τις, μὴ δ' ἔγνω, πάγχυ καλέγνω.
α. Καὶ δὴ ἄκουσον ἐμοῦ· ΘΕΩΓ' εὐχου. Στέργε τοκῆας. β.
γ. Τοὺς πηοὺς τίμα. Τὸν ὑψηγητὴν σεφόβησο. γ.
δ. Τήρησον τὸ δοθέν. Νομίμοις ἀγορᾶς ὑποτάσσου. δ.
ε. Τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδρῶν καὶ τοῖς φρονίμοισιν ὁμίλει. ε.
ς. Εἰς τὴν συμβούλων ἄγυριν μὴ ἀκλήτι παρελθεῖν.
ζ. Κοσμιότητος ἔχου καθαρῶς. Ἀσπαστικός ἴδι. ι.
η. Εἶζον ἀρειοτέροισιν. Ἀφαιροτέρων σεφίδησο. ιβ.
θ. Κτήματα σοῦ τηρεῖν. Αἰδῶ ἐπὶ πᾶσι φυλάττειν. ιγ.
ι. Τημελίην ἄσκει. Βιβλίων ὅτι πλεῖστα διέρχου. ιδ.
ια. Πάντα δ' ἐνὶ μνήμῃ ταμίευσιν, ὧνκεν ἀναγνώς. ιε.
ιβ. Τῶν

VARIANS LECTIO. vs. 1. Φρασάμειος πλείστους. Ita recte scriptum invenies in ipsius Scaligeri Poëmatis, ex museo Petri Scriverii Officinaque Plantiniana, anno MDCXV. in lucem editis. Irreperat deinde sphalma: Φρασάμειος πλείστους in Editionem Catonis Distichorum, quae Lugdunæ Bat. ap. Andream Cloucquium, Bibliopolam, sub signo Angeli coronati, anno prodit MDCXXVI. Quod, ut animadvertissent viri docti, inconsulto tamen Scaligeri textu, ex parte correxerunt mutatum in: Φασάμειος πλείστους veluti est in Amstelodamensi Janssoniana anni MDCXLVI. Catonis Editione.

| | |
|---|-----|
| ιη. Τῶν ἰδίων προνοεῖν. Πρῶτος πάντεσσιν ὁμιλεῖν. | ιβ. |
| κ. Μὴ νεμεσᾶν ἀλόγως. Χλευάζειν μηδενὸς ἔργον. | κα. |
| κβ. Χρῆσον μὲν τὸ δάνειον, ὅπως χρήσεις δὲ λογίζου. | κυ. |
| κδ. Εἰς γε δίκην πάριδι, τῷ βήματι δὲ ἐμφάνισόν σε. | κε. |
| κς. Μὴ πολὺδειπνος ἔμεν, μὴ συχνάκεις εἰλαπινάζειν. | |
| κζ. Εὖδε τὸ μέτρον σοῦ. Τὰ ἔνορκα δίκαια φύλαττε. | κη. |
| κθ. Οἰνόφυξ μὴ γίγνου. Ἀμύνασθαι περὶ πάτρης. | λ. |
| λα. Μὴ προπετῶς σίσειυσον. Ἄει βουλήν δὸς ἑαυτῷ. | λβ. |
| λγ. Μαχλάδα πάρην φεῦγε. Διδάσκου γράμματα πολλά. | λδ. |
| λε. Μὴ γλώσσης ψεύδοιο χαριζόμενος παρεοῦσι. | |
| λς. Τοὺς ἀγαθοὺς εὖ ἔρδε. Κακηγορίας ἀπέχεσθαι. | λζ. |
| λη. Τὸ τρόπου εὐσχημον τήρει. Τὰ δίκαια δικάζε. | λθ. |
| μ. Καρτερὴ γονέας νίκα. Μέμνησο παθῶν εὔ. | μα. |
| μβ. Δυσυχέας μὴ σκῶπτε. Γενεῦ σύννου τε καὶ ἔμφρων. | μγ. |
| μδ. Ἄμφ' ἀρετὴν τρίβοιο. Χαλινοῦ μήνιος ὀρμήν. | με. |
| μς. Μοῦνα ἄδυρε τροχῷ. Κυβείαν πᾶσαν ἀλεύου. | μζ. |
| μη. Ἰσχύϊ μηδὲν ἐπίτρεπ'. Ἐλάσσονα μὴ ἀθέριζε. | μθ. |
| ν. Ἀλλοτρίων κτεάνων μὴ σε φρένας ἴμερος ἔλθοι. | |
| να. Τὴν γαμετὴν σὴν ἀμφαγάπαζε. Τὰ τέκνα διδάσκου. | νβ. |
| νγ. Ὄν θεσο θεσμὸν ἔνεγκε. Λάλει παρὰ δαιτὶ βράχιστα. | νδ. |
| νε. Τοῦ θ' ἔρδειν, ὃ δίκαιον ἔφου. Τὸν ἔρωτα φέρειν εὔ. | νε. |

Vs. 4. Scriverius edidit : καὶ εὐκλείης εὐχος ἄρωνται, quum id tamen ad analogiam dicendum foret : εὐκλείης. Melius ergo in reliquis id Editt. mutatum in neutrum genus : εὐκλείης, ut sine dubio scripserat Auctor. κς. συχνάκεις habet Janssoniana. λς. παρεοῦσι contra metri leges eadem illa Lugdunensis contra utrumque melius. Ita & μγ. quod hemistichium Janssoniana male tractat : Γενεῦ σύννου τε καὶ ἔμφρων. Vix oculis fidem habui talia legens. Reliqua minuta sunt.

ΙΩΣΗΠΟΣ ΣΚΑΛΑΝΟΣ

Π Ο Υ Τ Ε Α Ν Ι Δ Α Ι Ο Σ

Α Δ Ε Λ Φ Ο Ι Σ .

Ω ΠΑΙΔΕΣ γλυκὺ πατρός ἀμωμήτοιο γένεθλον,
Ελλογίμοιο σοφοῦ τόδε βιβλίον εὐφρονι θυμῷ
Δέχθε, παλαιὸν ὁμοῦ τε καὶ ἀρτιγενές. τὸ γὰρ ἡμεῖς
τοῖς Ἰταλοῖς γνωσὸν, τοῖς δὲ Ἑλλήνεσσιν ἄγνωστον
(Μὰψ γὰρ ἐγνώριζεν τοῖς Ἑλλήνεσσι ΠΛΑΝΟΥΔΗΣ)
Ἵμῖν ἦρα φέροντες, ἐς Ἑλλάδα γαῖαν ἰκέσθαι
Ἐξ Ἰταλῶν κελόμεσθα, καὶ Ἑλλάδα γῆρυν ἰάλλειν,
Εὐεπίης σοφίης τε κλυτὸν πόνον, ὄφρα δάητε
Ἄμφοτέρον, συνετῶς τε λαλεῖν, σινυτῶς τε φρονῆσαι.



JOSEPHUS SCALIGER

FRATRIBUS

PUTEANI FILIIS.

O PUERI, Patris laudati blanda propago,
Doctores clari tranquilla mente volumen
Excipite hoc, vetus atque novellum: quippe quod olim
Solis notum Italis, Graecae ignorabile genti,
(Nam frustra Graecis voluit vulgare PLANUDES)
Ut vobis faveamus, in oras pergere Graecas
Jussimus ex Italis, & Graecam fundere vocem.
Facundum simul, & sapiens opus. Unde paretur
Utrumque, Eloquium, atque animi Sapiencia vobis.

F I N I S .

PRO BIBLIOPEGO.

Admonitus sit Bibliopegus, utrumque hoc compingens Cato-
nianum opus, figuras esse inferius numeris distinctas, ut ipse sci-
ret, quo quamque loco conveniret inferi. Atque ita.

- N^o. 1. Figura est Titulo praemittenda *Distich. cum Flosculis*.
2. Inferenda e regione. — pag. 2. eorundem;
3. — — — — — 86.
4. — — — — — 156.
5. — — — — — 212.
6. Titulum ornat *Historiae Criticae Catonianae*, cui &
praemittenda est.
-

A U R E L I E U R.

On a marqué distinctément les Estampes de leurs nombres,
que vous en trouverez au bas de chacune; Pour pouvoir placer
chaque figure en taille douce, dans son lieu, qui lui est propre.
En conséquence.

- N^o. 1. Est le Frontispice du *Disticha cum Flosculis*.
2. Doit être placé vis à vis de la pag. 2. du même.
3. — — — vis à vis pag. 86.
4. — — — — — 156.
5. — — — — — 212.
6. Est le Frontispice du *Historia Critica Catoniana*.
-

Bericht voor den BOEKBINDER.

De Platen zyn, onder aan, met N^o. 1—6. geteekend, om
den Binder aan te wyzen waar ze geplaatst moeten worden.

- N^o. 1. Is de Titelpaat van de *Disticha cum Flosculis*.
2. Word ingezet tegens over bladz. 2.
3. — — — — — 86.
4. — — — — — 156.
5. — — — — — 212.
6. Is de Titelpaat van de *Historia Critica*.

COMMISSIONER OF THE GENERAL LAND OFFICE

IN REPLY TO YOUR LETTER OF THE 14TH INSTANT, I HAVE THE HONOUR TO ACKNOWLEDGE THE RECEIPT OF YOUR APPLICATION FOR A GRANT OF A LEASE OF THE LANDS IN THE PARISH OF ST. MARTIN, DISTRICT OF ST. MARTIN, IN THE COUNTY OF DUBLIN, AND TO ADVISE YOU THAT THE SAME HAVE BEEN REFERRED TO THE COMMISSIONERS OF THE GENERAL LAND OFFICE FOR CONSIDERATION.

THE COMMISSIONERS HAVE THE HONOUR TO ADVISE YOU THAT THE LANDS IN QUESTION ARE NOW IN POSSESSION OF THE COMMISSIONERS, AND THAT THE SAME ARE BEING OFFERED FOR LEASE BY PUBLIC AUCTION, ON WEDNESDAY, THE 14TH INSTANT, AT 11 O'CLOCK, AT THE OFFICE OF THE COMMISSIONERS, 15, COLLEGE GREEN, DUBLIN.

YOURS FAITHFULLY,

W. J. WATSON, Esq., Secretary to the Commission of the General Land Office.

THE COMMISSIONERS OF THE GENERAL LAND OFFICE, 15, COLLEGE GREEN, DUBLIN.

1871

15, COLLEGE GREEN, DUBLIN.

THE COMMISSIONERS OF THE GENERAL LAND OFFICE, 15, COLLEGE GREEN, DUBLIN.

1871

THE COMMISSIONERS OF THE GENERAL LAND OFFICE, 15, COLLEGE GREEN, DUBLIN.



THE COMMISSIONERS OF THE GENERAL LAND OFFICE, 15, COLLEGE GREEN, DUBLIN.

THE COMMISSIONERS OF THE GENERAL LAND OFFICE, 15, COLLEGE GREEN, DUBLIN.


THE COMMISSIONERS OF THE GENERAL LAND OFFICE, 15, COLLEGE GREEN, DUBLIN.

1871

THE COMMISSIONERS OF THE GENERAL LAND OFFICE, 15, COLLEGE GREEN, DUBLIN.

THE COMMISSIONERS OF THE GENERAL LAND OFFICE, 15, COLLEGE GREEN, DUBLIN.

THE COMMISSIONERS OF THE GENERAL LAND OFFICE, 15, COLLEGE GREEN, DUBLIN.



U

